19 i ciuitate:† ergo dz iudicari a nobiliori ꝛ potentiori per.l.cum in diuersis.ff.de religio.ꝛ sump.fune.ꝛ per.l.q̄rit hermafroditus.ff.de sta.homi.qꝛ illa lex cū in diuersis ꝛ illud qð est dictū.s.ꝓcedit in his in quibꝰ est vna ꝛ eadē rō:ꝛ oportet vnuz tm̄ attendere:qꝛ tunc attendimus potētiorē ꝛ nobiliorē.Sz in casu nostro loquimur in his in quibꝰ est diuersa rō. Ideo diuersum ius cēsendū ē.d.l.illud. ꝛ.l.a titio.cū similibꝰ.¶ Preterea statutū loquit in vicinia existeñ.in suburbūs in qua sunt dicti homines de cleuo:vt sepe dictū ē.Et similiter respōdet ad.l. querit hermafroditus.ff. de sta.homi. ¶ Nec obstat dū dixi ꝙ illi ð cleuo sunt mēbra ꝯtrate sancti zenonis:ꝛ sic ciuitatis:ꝛ reputant esse in ciuitate ꝛ i eius gremio:qꝛ hoc nō est verū.nā quātū ad casum nostrū vere sunt:i suburbūs ꝛ statutū vult ꝛ reputat ꝙ sint ex̄ muros ciuitatis:qꝛ ipsi sunt i vicinia suburbū q̄ tenent ad emendationē dāni:vt pz ex ꝑdictis.¶ Nec obstat vltima rō dū dixi ꝙ statutū penale qð loquit in simplicibus nō hz locū i mixto:qꝛ imo locū hz. vt.s. dixi ꝑ.l.si ita.ff.ð iniu.testa.vt plene dixi in.l.ij.§.j.ff.ð ꝟboꝝ obliga.¶ Preterea possumꝰ dicere ꝙ nō sumus in materia simpliciū ꝛ mixti sed simpliciū tm̄:qꝛ statutū vult ē̄t ħ in simplici:vt vicinia q̄ est i suburbūs teneat:sz dicta vicinia cleui est i suburbūs:vt dixi:ergo tenet.¶ Uñ ex his olbꝰ cōcludo.d.Wāfrinū de modūs meliꝰ ꝯsuluisse.ꝛ dictos hoies ð vicinia cleui ð māticho teneri ad emēda

tionem dicti damni.

¶ Summariũ sup cõsi.xx.

1 Cõdẽnat⁹ si quispiã fuerit ad stã dum in carcerib⁹ ꝓpter falsos testes cõtra eum subductos: ꝛ de eis aufugit: q̃ postea ꝓpter cõtumaciam ꝯdẽnat⁹ fuerit: an aliq̃ modo ei succurri possit: numeris sequentibus per totũ cõsilium.

2 Contra contumaces oĩa iura clamant.

3 Carceribus fugiens: an ꝓ confesso habeatur.

4 Bannitus ciuitatẽ amittit.

5 Reus ad penaȝ corporis afflictiuã se ꝑ procuratorẽ defendere nõ potest.

6 Crimine vbi directe vel idirecte cognoscitur: ꝓcurator interuenire non põt.

7 Uxor cũ filijs maritũ i causa criminali defendere nõ põt.

8 Uxor ꝛ filij an ꝓ iure ꝛ iteresse maritũ criminaliter defendere possint.

9 Persone coniuncte etiã ꝓ suo interesse ꝓ cõdemnato vel condemnando an ad ostendendã cõdemnati innocẽtiam admittantur.

10 Uxor ꝛ filij ad iformandũ iudicẽ de innocentia mariti cõdẽnati venire possunt.

11 Eq̃tas suadet: ne falsitatis delicta impunita remaneãt.

12 Iudex ex officio ꝓ inquisiti vel cõdẽnati innocẽtia testes examinare potest.

13 Iudicis seu presidis officiũ est purgare prouinciam malis hominibus.

14 Falsarij crimẽ est crimẽ publicũ: ꝛ ideo quilibet accusare põt.

¶ Consilium.xx.

1 IN christi † nomine Ac inuocata spiritus sancti gr̃a. Quidã dum esset potestas ꝯdẽnauit aliquos criminaliter q̃ nõ volẽtes pati hãc iustitiã fecerũt insimul cõiurationẽ ꝯ dictũ potestatẽ hoc modo: q2 accusauerũt ipm criminaliter de diuersis delictis ꝛ ꝓbauerunt ꝑ aliquos testes pecunia corruptos q̃ falsum deposuerũt: ex q̃b⁹ ꝓbationib⁹ dict⁹ dñs potestas ꝑ magnificos aduocatores cõis Uenetiarũ fuit intromissus ꝛ acriter tormẽtatus. Ipse tamẽ nũq̃ dicta delicta cõfessus est. Tandeȝ duct⁹ ad cõsiliũ illustrissimoꝝ rogatoꝝ fuit cõdẽnat⁹ ad stãdũ i carcerib⁹ ꝛ ad soluẽdã certã quãtitatẽ pecunie reuers⁹ ad carcerẽ postea ꝑ hostiũ recessit ꝛ i Romãdiolã iuit. Dñi aduocatores intelligẽtes dictũ discessum posuerũt ꝑtẽ in ꝯsilio rogatoꝝ q̃ si dict⁹ potestas nõ rediret ad carceres infra octo dies remaneret bãnit⁹ de terris ꝛ locis Illustrissimi ducalis dñij Ueneti. Et q2 ptãs nesciuit de dicto precepto remãsit bannit⁹ iã sunt.xiij.anni. Cõtingit postea q̃ accusatores in puncto mortis manifestauerũt q̃ cã se vindicãdi de dicta iusticia accusauerũt falso dictũ potestatẽ ꝛ dederũt pecuniã testib⁹ vt falsũ testificarent ꝯ eũ. Itẽ q̃dã de dictis testib⁹ cõfessi sunt palã q̃ seducti ab accusatorib⁹ falsum testificati sũt. Aliq̃ dicũt testimoniũ deposuisse coacti sup q̃relis seu accusationib⁹ parẽtũ suoꝝ. Aliq̃ dicũt q̃ vn⁹ ꝓ alio testificat⁹ est: ac etiã aliq̃ sup suis ꝓprijs q̃relis examinati sunt ꝛ deposuerũt. Et hoc d2 esse probatũ ꝑ septem testes fidedignos. Et ꝑ alios ẽt ꝓbari põt. ¶ Et q2 querela de dicta falsitate testiũ porrecta est apud officium magnificoꝝ dñorũ aduocatorum cõis Uenetiaꝝ ꝑ vxorẽ ꝛ filios dicti potestatis: ꝛ dubitari forsitan q̃spiaȝ posset: an d' iure potuerit dicta q̃rela ꝓduci: ꝛ an possit sup ea ꝓcedi ꝯ dictã falsitatẽ: attẽto q̃ dict⁹ potestas de carcerib⁹ exiuit postq̃ fuit cõdẽnatus anteq̃ impleuisset tp̃s cõdẽnatiõis in carcerib⁹. Et etiã q2 citat⁹ vt rediret ad carceres nõ venit. Et ꝓpterea fuit bãnit⁹ de terris ꝛ locis dñij Ueneti. Et nõ est dubiũ q̃ q̃ñocũq̃ sit bãnit⁹ dict⁹ potestas põt ꝑ viã gratie peti remissio bãni ꝛ vnusq̃sq̃ põt illã petere ẽt si esset bãnit⁹ audiẽtia denegata: vl' ꝑ legẽ vel ꝑ sniaȝ: q2 in talib⁹ nõ vr̃ audiẽtia denegata vel ꝑ legẽ vel ꝑ sniaȝ: vt habet' in.l.j.§.q̃re.ff.de postu.ꝛ no.domi. Nell⁹ in suo tractatu bãnitoꝝ in tertia ꝑte secũdi tẽporis.in lxxvij.q. ¶ Sȝ est dubiũ nũq̃d ꝑ viã iusititie possit dicto potestati cõdemnato bãnito ꝛ absenti de iure succurri. ꝛ istd' est de quo q̃rit'. Et vr̃ dicẽdum q̃ non: q2 postq̃ fuit cõtumax i nõ parãdo snie de stãdo in carcerib⁹ ꝛ in nõ redeundo

ad carceres iuxta mādatū q de iure nō
2 debuit audiri:†qꝛ cōtra cōtumaces ola
iura clamāt:vt habet in.l.ↄtumacia.ff.
de re iudi.ꝛ in.l.creditoꝝ.§.iussus.ff.de
appel.ꝛ in clemē.j.de dolo ꝛ contuma.
3 cū simi.¶†Itē qꝛ ex quo fugit de carce
ribus vr q habeat pro confesso:vt.l.ad
cōmētariensem.cū ibi not.C.de custodi.
reoꝝ.ꝛ q debeat puniri d delicto d quo
fuerat accusat⁹:vt.l.in eos.ꝛ ibi p gl.et
doct.ff.de custodi.reoꝝ.ꝛ habetur.in.l.
j.ff.de effractorib⁹.Et sic vr q lꝫ alias
cōdemnat⁹ ꝑpter falsos testes possit pe
tere restitutionē in integrū:vt.l.diuus.
ff.de re indi.ꝛ.l.j.ꝛ p totū.C.si ex falsis
instrumē.tñ hoc casu tū propter fugam
de carcerib⁹:tū ꝑpter ↄtumaciā in non
parēdo snie de stādo in carceribus ꝛ in
nō veniēdo:vr q audiri nō dēat.¶Ego
aūt i ista qōne:qꝛ nō vidi quomodo ꝓce
dat in hac cā vt ↄprehēdā oēs casus q
occurrere possent ꝓ veritatis declara-
tiōe puto distinguēdū sic esse p plures
casus.¶Aut iste potestas ↄdēnat⁹ vult
ipse ꝑsonaliter se defendere q̄relando
de dictis testib⁹ falsis vel eos accusan-
do:aut nō vult se defendere ꝑsonaliter
sed p ꝓcuratorē:aut vxor ꝛ filij q dicunt
comparuisse veniunt tāq̄ ꝑsone ↄiūcte
dicti ↄdēnati:aut ꝓ suo iure ꝛ interesse
ad defendēdā vel tuendā innocētiā con
dēnati:aut ad informādū ꝛ instruendū
iudicē vt de veritate inquirat:aut vxor
ꝛ filij ꝑncipaliter veniūt tāq̄ extranei
ad accusandū dictos testes tanq̄ falsa
rios.¶Primo casu si potestas vellet ve
nire ꝑsonaliter ad se defendēdū:ꝛ certū
est q nō posset stāte bāno:nisi p viā gra
tie:qꝛ postq̄ est bānitus interdictū sibi
ē venire ad patriā:vt ↄstat ex bāno:ac
4 etiā de iure:†qꝛ bānit⁹ ꝑdit ciuitatē:vt
l.amissiōe.§.q deficiūt.ff.de capi.dimi.
ꝛ ibi no.Et no.gl.in.§.relegati.insti.qui
bus mo.ius pat.pote.soluit.ꝛ no.in.l.j.
C.de here.insti.ꝛ istud nō hꝫ dubitatio-
nē.¶Scḋo casu si potestas ꝑdict⁹ vel-
let se defendere p ꝓcuratorē ꝛ teneo q
nō posset.qꝛ cū sit cōdēnat⁹ ad stādū in
5 carcerib⁹.†Et sic ad penā corporis affli
ctiuā nō posset p procuratorem se defen
dere:vt no.in.l.pe.§.ad crimē.ff.de pu-
bli.iudi.ꝛ in.l.seruū q̄q.
§.publice.ff.de procu.et
in.l.reos.C.de accusato
rib⁹.¶Immo plus dico
q isto casu etiaꝫ si vellet
principaliter p ꝓcurato
rē accusare dictos testes
de falso:vel de eis quere
lā ꝓponere ad finē vt di
ctis testib⁹ de falso ↄdē-
natis i ꝑnaꝫ absolueret:
nō posset:qꝛ sicut nō pōt
ꝑncipalr p procuratorē
se defendere:ita nec etiā
isto casu.ꝛ ita tenet Bal.
in.l.reos.C.de accusa.q
6 dicit:†q vbi directe vel
indirecte cognoscit de
crimine nō potest ꝓcura
a tor interuenire[a]:al's sic.
Et ita tenet etiā do.Nel
lus in suo trac.banni.in
iij.ꝑte tertij temporis.q.
lxviij.q dt q etiā ita ser-
7 uatur.¶†Tertio casu
principali qñ vxor ꝛ filij
venirēt tanq̄ coniuncte
ꝑsone pro dicto potesta
te condēnato ad finem
vt absolueret nō possent
eadē rōne:qꝛ sunt loco p
curatoris:vt.l.exigendi.
C.de procu.ꝛ.l.sed ꝛ hę.
8 ff.de procu.¶†Quarto
casu principali si veniūt
pro iure ꝛ interesse:quia
vxor et filij iuxta.l.j.ij.et
iij.ff.de libe.cau.Et vr q
possint ar.dictarū leguꝫ.
ꝛ p glo.in.l.seruū quoqꝫ.
§.publice.ff.de procu.in
verbo datur.ibi.tꝫ pro se
domino cuꝫ sua intersit.
Ego tamē in hoc teneo
contrariū:qꝛ si principa
lis nō potest:ergo nec ēt
alius ꝓ interesse suo per
rationes:quare ꝓhibet
quis se defendere p ꝓcu
ratorē qñ est absens:hꝫ
locū etiā i casu isto:ꝛ ma

a ¶Intue-
nire.Ad h
ꝛ totius cō-
silij resolu-
tionē.vide
d.Alexā.de
imo.in ↄsil.
cxvj.l.ij.vo
lu.et l.l.pe.
§.ad crimē.
ff.de publi.
iudi.bar.in
ↄsi.incipiē.
a dño Cy.
Spec.in ti.
de procura
to.§.j.versi.
itē q causa
crial.Bart.
ꝛ doct.in.l.
lꝫ.de ꝓcura
to.ꝛ.l.q̄uis
C.de adul.
Ro.decisi.
cxcvj.doct.
in.l.seruuꝫ
quoqꝫ.§.pu
blice.d pro
cura.

xime ista rō principalis φ si ferret̄ snia absolutoria in fauorē testiū esset quātū ad cōdēnatū delusoria:qꝛ nō posset fieri executio ꝯ eū qui est absens:vt no.in.d. §.publice.ꝛ in.l.reos.C.de accusa.et in l.penul.§.ad crimē.ff.de publi.iud.Et si aliter diceremꝰ esset aperta via malefactoribꝰ nunꝙ se presentādi:qꝛ se defenderēt per indirectū per interuentū cōiūctarū personarū:qđ nō est dicenū per.c.
9 cū q̄d vna via.de reg.iur.lib.vj.¶†Et ita etiā seruatur.s.φ coniuncte persone etiā pro suo interesse pro condēnato vl̄ cōdēnando nō admittuntur ad ostēdēdam innocentiā cōdemnati vbi alius p
10 curator nō admitteret.¶†Quinto casu pncipali:aut vxor ꝛ filij nō veniūt ad defendēdū innocētiā ꝯdēnati ꝛ iudiciū in se suscipiendū:sꝫ veniūt ad informandū iudicem de innocētia cōdēnati:ꝛ ad hoc vt iudex possit veritatē inquirere ꝛ falsitatē testiū si qua est punire:ꝛ in ꝯsequentiā etiā postea condēnatū absolvere iuxta iuris formā:ꝛ isto modo bn̄ possunt cōparere.ꝛ iudices:vt sunt magnifici aduocatores debēt ipsos audire etiā si essent extranei ꝛ pro veritate inquirere:sed maxime vxorē ꝛ liberos:vt probatur in.l.iij.ff.de lib.cau.Ibi dn̄ dicit ibi vel vxorē pretorē adire et hoc iudicare ꝛc.Et ibi hoc notat domi.Bn̄di.de plū bino.facit qđ no.per Bar.ꝛ doc.in.l.pe.
11 §.ad crimē.ff.de publi.iudi.†Et suadet etiā equitas ne delicta falsitatis remaneāt impunita:vt.l.ita vulneratꝰ.ff.ad l.aquil.ꝛ.c.vt fame.extra de sen.excom. Et etiā ne Inocētia feriat̄:vt.l.absentē. in pn̄.ff.de penis.cū simi.¶Et alꝭ vidi obseruari qn̄ aliquis est inquisitꝰ de aliquo crimine capitali ꝛ nō vult cōparere personaliter:nec per procuratorem pōt facere φ vnꝰ ꝯpareat etiā extraneꝰ ꝛ dicat dn̄e iudex examinetis tales testes:qm̄ intelligetis innocētiā inquisiti
12 vel cōdēnati:†ꝛ iudex pōt ex officio hoc facere p.l.ꝛ si nō defendantur.ff.de penis.¶Et eodē mō dico φ etiā si nulla q̄rela pposita esset apđ officiū de dictis testibꝰ:si tñ pueniret ad aures magnificorū dn̄icoꝝ aduocatorū etiā extra iudiciū de dicta falsitate possēt ex offō suo
13 nemine petēte ꝛ etiā tenerent̄ inquirere de veritate ne delicta vt dixi remaneāt impunita ꝛ ne innocētia feriat̄ p.d.l.et si nō defendant̄.ff.de penis.†Et qꝛ officiū est iudicis seu p̄sidis purgare puinciā malis hoīb;:vt.l.p̄ses.ff.de offi.p̄si. ¶Sexto ꝛ vltimo casu pncipali.Si dicti vxor ꝛ filij veniūt tanꝙ extranei principalr̄ ad accusandū dictos testes tāꝙ falsarios vel querelādū de eis ꝛ sine du
14 bio debēt audiri:†qꝛ istud est crimē publicū:vt probat̄ in toto titu.ff.ad.l.cornel.de falsis cōiuncto titu.de publi.iudi. q̄ p̄cedit.ꝛ insti.de publi.iudiciis.§.itez lex cornelia.ꝛ sic quilibet pōt accusare: vt insti.de publi.iudi.in prin.qꝛ in hoc casu agit̄ principaliter de puniēdo testes falsos.¶Nec debemus dicere φ propter cōtumaciā si qua est condēnati tollat̄ facultas puniēdi delinquentes:qꝛ hoc esset iniquū ꝯtra.d.l.ita vulneratꝰ. ff.ad.l.aquiliā.ꝛ ꝯ.d.c.vt fame.de sen. excō.ꝛ ꝯ.l.preses.ff.de offi.presi.cū simili.¶Cōcludo itaqꝫ ex predictis φ dicti vxor ꝛ filij possunt venire ꝛ debebāt audiri his duobus modis vltimis et non aliis de quibus supra.¶Nec huic decisioni obstat φ potestas cōdēnatus fugerit de carceribꝰ:vel fuerit inobediēs in veniēdo ad mādatū magnificoꝝ dominorū aduocatorū:qꝛ hic nō agit̄ de illa inobediētia ꝛ bāno:nec ēt de dicta fuga sꝫ solū pncipaliter vt iudices inquirant de maleficio testiū qui falso dicūtur deposuisse:vel iudices ꝯdēnēt testes accusatos de falso qđ fieri pōt p supradicta.

¶Summarium super ꝯsilio.xxi.

1 Testes qn̄ dicunt:nō audiuisse dicta que in istrumēto scripta sunt:ꝛ si dicta fuissent audiuissent:an notariꝰ falsarius dicat̄:ꝛ puniri possit:numeris sequentibus per totum consilium.
2 Testis negatiue disponens an cōcludere videatur ꝛ probare.
3 Crimine vbi quis paciscatur:an confiteri videatur.
4 Contumax iustam causam habere non presumitur.
5 Causa in criminali an quis ex presumptionibus condemnari possit.
6 Testis licet fidedignus nō sit:an ex qua

rogatus est:ei credatur.
7 Actus agentiū vltra eorum intentionē operari non debent.
8 Scriptura qñ a prothocollo differt:ipsi scripture standum est.
9 Testi seniori i dubio magis credēdū est.
10 Confessio expressa vel tacita:& quilibet alius actus:qui per moduȝ voluntarie iurisditionis per procuratorem fit:domino non preiudicat.
11 Ueniam qui postulat:an culpabilis esse videatur.
12 Excommunicatione se absolutū si quispiam confiteat:an propter hoc se excōmunicatum confiteri videatur.
13 Testi vnico & singulari non creditur.
14 Testi fideiussori an credatur.
15 Contumacia pro ꝓbatione nō habetur
16 Presens aliquibus verbis & nō cōtradicens an consentire videatur.
17 Partes in dubio an voluisse videatur illud quod dixerunt.
18 Scriptura nunꝗ falsa presumitur:si vera esse possit.
19 Tacitum & expressum regulariter equiparantur.
20 Expressum etiam dicitur ꝙ verbis nō exprimitur:sed tacite cōprehenditur.
21 Partes si alicui rei presentes fuerint:et nihil dixerint:si qd fiat:an de eaꝝ tacita voluntate factum presumatur.
22 Probationes luce meridiana clariores in causa criminali esse debent.
23 Falsuȝ nihil aliud ē:ꝗ ṽitatis mutatio.
24 Falsum duob⁹ modis cōmitti potest.
25 Notarius si scripserit aliter ꝗ dictū fuerit:vel quispiaȝ omiserit:an potius per errorem ꝗ per dolum facere dicatur.
26 Cōiectura quoties capi pōt:ꝙ quis deliquerit & non deliquerit:in dubio debemus capere illam coniecturam:vt deliquisse non videatur
27 Actus in dubio dȝ ꝑsumi vt inducat additionē ꝑ quā qs in delictū nō incidat.
28 Uerbū vnū quoties falsitatē et nō falsitatem importare pōt:cōiecturā facere debemus:ꝙ falsitatem non importet.
29 Factū qñ implicitū est:etiā in facto proprio ignorantia presumitur.
30 Dāno euitando quandocūꝙ tractatur: etiam in facto proprio errare licitū est.
31 Ignorātia quelibet excusat:vbi de dolo tractatur.
32 Ignorantia iuris licet sit lata culpa:tñ illa culpa nō equipprat dolo:ex quo dolus requiritur.
33 Conscietia hominis soli Deo nota est.
34 Notario in bono ꝑsumitur potius fuisse errorem quā dolum.
35 Notariȷ iuramento quo casu stādūȝ est.
36 Statutum aliquod loquēs de tabellionibus qui fuerīt aliqua instrumēta falsa:an etiā de actis intelligatur.
37 Statutuȝ loquēs de manus amputatione apposita ꝯditiōe:si nō soluerit intelligitur:nisi idoneus ad soluēdū fuerit.
38 Estimum patris filio prodest.

¶ Consilium.xxi.

In christi noīe
1 Hac inuocata spiritus sancti gratia. ¶ Ego Bartholomeus Cepola de verona iuris vtriusꝙ doctor requisitus vt cōsulere debeam super quadā sententia lata in causa falsitatis per magnificū dñm potestatē Tridēti cōtra egregiū virum Odoricum a sale filiū nobilis viri dñi Leonardi a sale honorabilis ciuis Tridenti.Utrū vȝ dictus Odoric⁹ falsuȝ cōmiserit:ita ꝙ falso cōdēnari potuerit ꝑ dictū dñm ptātē ꝯdēnatus est.Uisa pri⁹ inquisitione ꝯtra ipsum Odoricū formata ac snia ꝯtra eū lata.Et visis dictis testiū examinatoꝝ tā ante inquisitionem formatā ꝗ post:& inspectis oib⁹ scripturis & actis factis in dicta cā & oib⁹ diligēter cōsideratis pro dilucidāda veritate tria in primis examinare constitui. ¶ Primū est si dict⁹ Odoric⁹ scripsit aliter ꝗ per ptes dictū fuerit. ¶ Scdm positō ꝙ sic:an ꝓpter hoc dicatur scripsisse aliter ꝗ partes voluerint. ¶ Tertiū & vltimū si scripsit aliter ꝗ ptes dixerūt & voluerūt:an ꝓpter hoc dici dbeat ipsȝ falsum cōmisisse. ¶ Circa primū vr̄ prima facie dicēdū ꝙ dictus Odoric⁹ scripserit aliter ꝗ dictū fuerit per partes i tribus. ¶ Primo inquātū scripsit ꝙ Jacob⁹ habreus fuit electus de partiū volūtate ad vidēdū si quidā liber erat autēticus. ¶ Scdo quia scripsit ꝙ quidaȝ

Lazarus hebreꝰ satisfaciẽdo termino
suo:⁊ pro subleuãdo dictũ dñꝫ Leonar
dũ patrẽ dicti Odorici a fideiussione ꝑ
eũ facta pñtauit ser Ramẽgũ de Roue
redo qui fideiussit l ducatꝰ.xxvj.Et omi
sit illa verba:vcꝫ ꝙ pater suus remane
ret obligatꝰ.⁊ addidit alia suprascripta
vcꝫ ꝓ subleuãdo dictũ eiꝰ patrẽ.¶Ter
tio q꜄ dũ ipse Odoricus dixisset ⁊ nole
dicti Lazari coram dño ptãte Tridenti
qualiter ipse Lazarꝰ nõ cõsentiebat ali
cui ꝓductioi facĩẽti ꝯ ipsum Lazarum
petẽs copiã scripsit ipse Odoricꝰ quali
ter ipse Lazarꝰ fuit ille q̇ vsus fuit pre
dictis verbis prolatis per ipsum Odori
cũ.Nã vr̃ ꝙ ꝓbatuꝫ fuerit ꝑ tres testes
examinatos añ inquisitionẽ formataꝫ.
¶Primus est Anto.notis filiꝰ domini
Melchioris de facinis q̇ dt nõ audiuis-
se a partibus p̃dictis seu aliqua earum
ꝙ per ipsas partes fuerit iniunctũ pre
dicto Jacobo vt videret si dictꝰ liber es
set autẽticꝰ necne:⁊ ꝙ ꝑtes p̃dicte non
potuissẽt eligere dictũ Jacobũ ad vidẽ
dũ si dictꝰ liber erat autẽticus:q̃n ipse
testis audiuisset:q꜄ presens fuit ꝯtinuo
3 a principio vsq꜄ ad finẽ.⁊ q̇ testis lꝫ de-
ponat negatiue.tñ vr̃ cõcludere ⁊ ꝓba-
re:vt est glo.notabilis in aut.de heredi
ta.⁊ falci.in.§.si vero absunt.in verbo.⁊
vidisse.q̇ incipit.nota testimoniũ.in fin.
⁊ est alia gl.similis in.l.j.in.§.j.in gl.ma 3
gna in fi.ff.de itine.actuq꜄ priua.et no.
per Bal.in.l.j.C.de bo.posses.ſm tabu.⁊
per Cy.⁊ doct.in.l.ij.C.de errore aduo-
ca.⁊ hr̃ per canonistas in.c.bone memo
rie Magũtine.extra de elec.¶Secũdꝰ
testis est Joãninus notariꝰ de lasino ci
uis Tridẽti qui similiter dicit ꝙ nõ au-
diuit ꝙ dictꝰ Jacobꝰ fuerit electus de
volũtate partiũ ad vidẽdũ si dictꝰ liber
erat autẽticus:⁊ q꜄ semꝑ presens fuit a
ꝑncipio qñ fuit dictus Jacobus electꝰ
vsquequo fuit data sibi cõmissio ⁊ exiuit
studiũ.⁊ iuit ad vidẽdũ dictum librum.
¶Tertiꝰ testis est egregiꝰ iuris peritꝰ
dñs Apruinꝰ ciuis Tridẽti qui silr̃ dt ꝙ
fuit p̃sens qñ dictꝰ Jacobꝰ fuit electꝰ ⁊
nõ audiuit ꝙ fuerit electꝰ ꝑ ꝑtes ad vi-
dendũ si dictꝰ liber erat autẽticꝰ.Itẽ h
vr̃ ẽt ꝓbari ex scriptura ꝓthocolli ipiꝰ
Odorici:q̇ in hoc discrepat ab alia scri-
ptura que dr̃ falsa:qm̃ in dicto ꝓthocol
lo nõ cõtinent dicta verba:vcꝫ ꝙ dictus
Jacobus fuerit electꝰ de volũtate par-
tiũ ad vidẽdũ si dictꝰ liber erat autẽticꝰ
cui ꝓthecollo regulariter standũ est:qñ
discrepat a scriptura seu instr̃o inde re
leuato seu releuata:vt est gl.no.in aut.
de tabel.in.§.illud.in verbo ꝓthocollũ.
colla.iiij.⁊ idẽ notat Bal.⁊ Bar.i.l.sem
pronꝰ.ff.de leg.ij.⁊ in.l.si librariꝰ.ff.de
reg.iur.⁊ in.l.si quis ex argentariis.§.
pretor ait.circa principiũ.ff.de eden.et
Bal.in.l.nr̃am.in.iij.q.C.de testa.Item
q꜄ aliter scriptũ reperit per Andreã no
tariũ collegã dicti Odorici quã per ipꝫ
Odoricũ scriptũ fuerit in sua scriptura
scripta post ipꝫ ꝓthocollũ.¶Itẽ ex eo
ꝙ assertus ꝓcurator dicti Odorici ⁊ eiꝰ
pater renũtiauerũt cuidã ꝓuilegio fori
⁊ dixerũt corã dicto dño ptãte Tridẽti
ꝙ cõsiderãtes de ipo dño ptãte qui sibi
Odorico faciat mĩam volũt ⁊ ꝯtẽti per
manẽt ꝙ ipe dñs ptãs sit iudex in dicta
cã ꝯ ipm Odoricũ inquisitũ vr̃ ꝙ dictꝰ
odoricꝰ falsuꝫ ꝯmiserit:q꜄ petẽdo mĩaꝫ
vr̃ fateri prima facie se deliquisse:quia
mĩa nõ dꝫ fieri nõ delinquẽti.Et iõ dixit
dñs Gaspar.de caldertnis in repetitiõe
c.nr̃a postulasti.de peni.⁊ remis.ꝙ opꝰ
mĩe est peccanti pctã dimittere facit.l.
3 qm̃.de his qui no.infa.⁊ vbi dr̃ ꝙ qui pa
ciscit de crimine cõfiteri vr̃.¶Itẽ ad-
sunt tres alij testes examinati post in-
quisitionẽ formatã:ex quorũ attestatio
nibꝰ vr̃ multũ presumẽdũ ꝯ dictũ Odo
ricuꝫ qm̃ vnus dicit:vcꝫ magister Bar-
tholomeus barbitonsor ꝙ dum dictus
Odoricꝰ loqueret cũ Salamo.hebreo
ipse Odoricus dt ꝙ dictꝰ Salamon nũ
quam vinceret litẽ suã ⁊ ꝙ librũ ꝓduxe
rit Salamõ ⁊ scripturas.⁊ ꝙ ipse Sa-
lamõ deberet cũ illis scripturis se ter-
gere annũ.¶Aliꝰ testis:vcꝫ Enofrius
aromatariꝰ dixit ꝙ.d.Odoricꝰ dixit La
za.hebreꝰ vicet qõnẽ ⁊ Isaac succũbet:
q꜄ olno sciebat ꝙ dictꝰ Lazarꝰ vinceret
dictã q̃stionẽ.¶Tertiꝰ testis.s.Federi
cus de paho qui plus dicit ꝙ Odoricꝰ
ꝓtulit ista verba versus Salamonẽ:vi-
delicet ꝙ ipse Salamon nõ posset ipeꝫ

cām obtinere: ꝛ ꝙ si ipse Salamō vellet
donare sibi Odorico vnā diploidē velu 5
ti faceret: ita ꝙ ipse Salamō obtineret
dictā litē. Ex qb⁹ ẜbis vꝫ ꝙ possit ꝑsu-
mi falsitas. arg. l. falsi pena. ff. de falsis.
cōiūcta gl. in. l. j. in ṗn. in ẜbo ad cautio
nē. eo. tit. Et ꝑdicti tres vltimi deponūt
ēt ꝙ ex ẜbis dicti Odorici eis videbaꝛ
ꝙ dict⁹ Odoric⁹ esset valde affectus in
dicta cā ꝑ pte dicti Lazari hebrei. pro-
pter ꝙ reddiꝛ suspect⁹. argu. eorū q̄ ha-
benꝛ in. c. insinuāte. extra de officio de-
lega. ¶ Itē ꝑpter cōtumaciā dicti Odo
rici vꝛ ēt ꝑsumēdū ꝯ eū: ꝗꝛ ꝯtumax nō
ꝑsumiꝛ iustā cām hr̄e: vt. l. sancimus. in
fine. ibi mala cōsciētia fuerūt. ꝛ ibi hoc
not. Bal. ꝛ doct. C. de iudiciis. Et ꝑpter-
ea solet vulgo dici: ꝙ contra cōtumacē
oia iura clamāt. Et ex istis vꝛ ꝙ dictus
Odoric⁹ sup prima falsitate sibi oppo-
sita aliter scripserit ꝙ̄ per ptes scriptuꝫ
fuerit. ¶ Sup scdo in quo dr scripsisse
dict⁹ Odoric⁹ ꝙ q̇dā Lazarus hebreus
ꝑ subleuādo dn̄m Leonardū a fideius-
siōe per eū facta ꝑsentauit ser Ramen-
gū de rouere do q̇ fideiussit in ducatis.
xxv. ꝛc. Deposuit vn⁹ tm̄ testis: vcꝫ nobi
lis vir Christophor⁹ fili⁹ quōdā. d. Ant.
ꝺ molueno q̇ dicit ꝙ dn̄s ptās iterroga
uit q̄lr fuit facta relatio dicto Odori-
co. ꝛ r̄ndit ꝙ fuit facta i oīb⁹ ꝛ ꝑ oia: put
Andreas notari⁹ collega dicti Odorici
scripsit q̇ Odoric⁹ audiēs et intelligēs
visus fuit istis ẜbis ele cussi. Et in dicto
actu Andree reperiꝛ eē scriptū alr: vcꝫ
remanēte tn̄ firma fideiussiōe facta per
dictū Leonardū: q̇ verba fuerūt omissa
ꝑ dictū Odoricū. ¶ Sup tertio dū dr ꝙ
Odoric⁹ scripsit ꝙ Lazar⁹ nō cōsentie-
bat cuidā ꝑditiōi ꝯtra ip̄m facte ꝛ ꝙ in
veritate illa ẜba nō fuerūt ꝑlata ꝑ ip̄m
Lazarū sꝫ per ip̄m Odoricū: Sunt exa
minati duo testes q̇ hoc videnꝛ depone
re: vcꝫ Stephan⁹ notari⁹ ꝛ Nicola⁹ bo
nadomani qui videntur hoc ꝑbare. Ex
q̇b⁹ oībus vꝛ fuisse ꝑbatū ꝙ dict⁹ Odo
ric⁹ scripserit in tribus supradictis alr
ꝙ̄ dictum fuerit. ¶ Sed his nō obstāti-
bus teneo ꝙ nō sit sufficienter ꝑbatū ꝙ
dictus Odoricus scripserit aliter ꝙ̄ sibi
dictū fuerit; quātum ad hoc vt potuerit 6
de falso cōdēnari. Et ꝑ fundamēto pre
mitto: ꝙ in causa criminali falsitatis
sicut est ista de qua queriꝛ nō pōt q̇s cō
dēnari ex ꝑsumptionibus: vt. l. absentē.
in principio. ꝛ ibi hoc notat gl. ff. de pe
nis. que allegat ad hoc iura. Sꝫ reqrū-
tur ꝑbatiōes idonee ꝛ clare: vt. l. fi. C. ꝺ
ꝑbatio. ꝛ. l. q̇ sniam. C. de penis. cū simi
libus. ¶ Hoc presupposito dico ꝙ in ca
su nr̄o cū tracteꝛ de crimine falsi. ꝛ du-
bitaꝛ an dict⁹ Odoric⁹ alr scripserit ꝙ̄
dictū fuerit ad finē puniēdi ip̄m ꝺ falso
nō sufficiunt ꝑsumptiōes: sꝫ requirunꝛ
vere ꝛ optime ꝑbationes q̄ nō interue-
nerūt si oia bn̄ considerenꝛ. Et ꝙ hoc sit
verū ptꝫ sequēdo ordinē de quo supra.
¶ Et ṗmo asserta falsitate primo ꝙ nō
sit ꝑbatū ꝙ scriptū fuerit per Odoricū
alr ꝙ̄ dictū fuerit. Nā prim⁹ testis: vcꝫ
Andreas notari⁹ fili⁹. d. Melchioris de
facinis qui clare vꝛ deponere ꝯ ipsum
Odoricū nō ꝑbat: tn̄ qꝛ est vnic⁹ ꝛ singu
laris: vt. l. iurisiurā. C. de testibus. ꝛ. c. cū
dilecti. in fin. de elec. cū similibus. tn̄ ēt
qꝛ nō est testis omni exceptiōe maior ex
eo ꝙ est frater vtrinqꝫ cōiunct⁹ Andree
notariꝫ college dicti Odorici: cui⁹ An-
dree interest ratiōe dicte varietatis: qꝛ
andreas dr scripsisse vno mō: ꝛ Odoric⁹
alio: qꝛ licet dubiteꝛ an frater admittaꝛ
ad testificandū ꝑ fratre in cā crimina-
li: vt hꝛ per Spec. in tit. de teste. §. j. ver
sicu. sed nunquid frater admittaꝛ cōtra
fratrem qui tenet ꝙ non. Et per gl. in. l.
parētes. C. de testib⁹. que similiter tenet
ꝙ nō: quādo sunt in eiusdem ptāte. et ꝑ
Bart. in. l. qui testamento. §. quicūqꝫ. ff.
de testa. ꝛ per Anto. de but. in. c. cū opor
tet. de accu. ꝛ per doct. in. c. cū. R. cano-
nicus. extra de offi. delega. qui tenēt ꝙ
non. ¶ Tamen negari non potest ꝙ li-
cet posset examinari: tn̄ non est oi exce-
ptione maior: qꝛ tāta fides nō est adhi-
bēda ꝗta adhibereꝛ alteri: vt not. doct.
i dictis iurib⁹. ¶ Nec obstat ꝙ dici pos
set ꝙ immo est omni exceptiōe maior ꝛ
plena fides ē ei adhibēda. Ex quo fuit
scriptus per dictum Odoricum pro te-
ste in dicto actu. per gloss. notabilem in
autēti. de testi. in. §. ꝛ licet. que incipit.
innuit. ꝛ q̄ vult ꝙ etiā si nō sit fidedign⁹

ex quo rogat⁹ est ei credēt.facit etiā ad hoc glo.in.l.inuiti.ff.de testib⁹.⁊ ita tȝ Bal.in.l.parētes.C.de testib⁹.et in.l.ad testiū.§.j.ff.de testamētis.¶ Qꝛ rñdet ꝙ illud ꝓcedit qñ fuit rogat⁹ a contrahentib⁹ vel a testatore.sec⁹ si fuit adhibitus per notariū ⁊ ageret de falsitate scripture que posset esse ꝯmissa vel per notariū qui eū adhibuit in testē vel per collegā suū q̄ sit frater testis:qꝛ tūc nō vr̄ ipsum approbasse:qꝛ nō est verisimile ꝙ notari⁹ qui adhibuit eū in testē voluerit approbare ipm̄ ꝑ fidedigno ꝯtra seipsum in causa falsitatis pro sua re ipsius testis nec vr̄ renūtiasse iuri opponēdi ꝯ personā testis pro cā criminali. de qua ipse notarius nō cogitauit:†qꝛ act⁹ agētiū nō debēt operari vltra intētionē eorū.l.nō oīa.l pnci.ff.si certū petat.¶ Nec vr̄ renuntiasse iuri ꝙ ignorabat sibi cōpetere.l.matri.ff.de inoff.testamē.¶ Et ꝑpterea nō pōt dici fuisse ꝓbatū aliquid idonee Odoricū scripsisse aliud q̄ dictuȝ fuerit.Alij duo testes examinati super.d.pma asserta falsitate nō probāt aliquo modo ꝙ dict⁹ Odoricus scripserit aliter q̄ dictū fuerit:qꝛ cū ista sit negatiua ⁊ sint interrogati si potuissent ꝑtes elegere dictū Jaco.sup hoc si liber erat autēticus necne:et ipsi hoc nescirēt vn⁹:videlȝ Joānin⁹ notari⁹ de lasino dicit ꝙ nescit:alter ño.s.d. Apenin⁹ dt̄ ꝙ posset hoc eē:qꝛ non fuit ꝑsens qñ dict⁹ Jacob⁹ accessit ad locū vbi aderāt partes predicte.sequit̄ ꝙ nō probant:vt habet̄ per glo.in aut.de he redi.⁊ falci.§.si vero absunt.⁊ in.l.j.§.j. ff.de itenere actuq; priua.⁊ in iurib⁹.s̄. ad hoc allegatis.¶ Et lȝ aliter scriptū fuerit in scriptura que dr̄ fuisse prothocollū ipsius Odoricu:qꝛ in ea nō cōtinētur dicta verba:vcȝ ꝙ dictus Jacobus fuerit elect⁹ de volūtate partiuȝ:tñ hoc nō nocet:qꝛ illa prima scriptura nō fuit vnq̄ perfecta nec habita ꝑ cōpleta per Odoricū:qꝛ ponit ꝙ multa fuerunt dicta q̄ nō potuit dict⁹ Odoric⁹ qñ eā scripsit imediate cōprehēdere:nec in dicta cedula scribere:⁊ iō postea qñ fuit domi diligēti⁹ cogitando oīa que dicta et acta fuerāt ꝑ partes ⁊ d̄ earū volūtate: ⁊ illā scripturā secundā reputauit ⁊ reputat Odoric⁹ sicut ē in veritate originale ⁊ ꝓthocollū suū:qꝛ ex quo dicta cedula pma nō cōtinebat ꝑfecte illud qd̄ actū fuerat:qm̄ multa fuerūt dicta tāȝ per partes q̄ per dn̄m ꝑtātē q̄ non continent̄ in dicta prima cedula:sicut etiā apparere pōt ex actis dicti Andree d̄ facinis ipsi⁹ Odorici:seq̄t ꝙ illa pma cedula nō fuit verū ꝓthocollū ipsi⁹ Odorici per.l.si is.cū ibi no.ff.de testa.⁊ ꝑ.l. iiij.§.cōdēnatū.cū ibi nota.ff.de re iud. ⁊ ꝑ cōsequēs scd̄a cedula que dr̄ variare ab actis Andree ꝓdicti fuit:⁊ ē verū ꝓthocollū ipsi⁹ Odorici:⁊ sic cessat ar. dū dr̄:†ꝙ qñ scriptura differt a prothocollo stādū est ꝓthocollo:qꝛ vere ꝓthocollū dicti Odorici nō fuit:nec est dicta pma cedula imperfecta:sed tm̄ secūda. Itē lȝ aliter scriptū etiā reperiat̄ ꝑ Andreā notariū collegā suū:tñ per hoc nō sequit̄ ꝙ Odoric⁹ scripserit aliter q̄ dictū fuerit:qꝛ ita ecōuerso potuisset ipse Andreas alr̄ scripsisse q̄ dictū fuerit ⁊ Odoric⁹ nō.Et maxie cū ipse Andreas sit fili⁹ do.Melchioris q̄ nedū erat ꝓcurator Jsaac.ꝑ quo scribebat ipse Andreas:sȝ ēt dictus dn̄s Melchior ei⁹ pr̄ dictabat sibi acta vt fatet̄ dict⁹ Andreas et dict⁹ dn̄s melchior:vt apparet in actis huiꝰ ꝓcessus.Et sic vr̄ quodā modo fuisse ꝓcurator ⁊ notari⁹ in cā qd̄ eē nō dȝ:ex q̄ resultat maior presumptio ꝯ ipm̄ Andreā q̄ ꝯ ipm̄ Odoricū:⁊ maxime qꝛ ipse Andreas est iunior et nō expert⁹ in scribēdo acta:vt pȝ qꝛ collegiū notarioꝝ mādauit sibi ꝙ acta de q̄bus erat rogat⁹ ostēderet patri suo vt ea corrigeret adderet et diminueret:put iter ꝑtes actū itellexerit:⁊ ipse Odoric⁹ est etate maior:⁊ ꝑ plures annos exercuit artē notarie:⁊ iō poti⁹ ꝑsumit̄ eē erratū per Andreā q̄ ꝑ Odoricū:†qꝛ in dubio seniori magis credēdū est:vt est gl.⁊ ibi no.in.l.cū q̄d.ff.si cer.pe.⁊ est gl.in.c.lȝ ex quadā.extra de testi.⁊ poti⁹ credēdū est peritiorib⁹ ⁊ magis expertis in arte sua ⁊ q̄ lōgiori tp̄e ipsam exercuit ꝑ tex. in aut.de iudicib⁹.§.j.Ibi experimētis causarum multarū:aut plurimi temporis exercitio ⁊c.col.vj.⁊.lxj.distin.c.mi

ramur.facit.e.cum in magistrū.ꝛ qđ ibi
no.extra de elec.Item qꝛ ipse Odoric⁹
est valde ditior dicto Andrea.ar.l.iij.in
prin.ff.de testibus.Unde ꝑpter scriptu
rā dicti Andree nō est ꝓbatū ꝙ Odori-
cus male scripserit.¶Itē nō est ēt pro-
batū ex eo ꝙ pater dicti Odorici ꝛ dñs
Ludouic⁹ griue⁹ tanꝙ ꝓcurator dicti
Odorici dixerūt dño potestati Tridēti
ꝙ cōsiderātes de ipso dño ptāte ꝙ sibi
Odorico faciat misericordiā ꝛc.qꝛ di-
ct⁹ pr̄ Odorici ꝛ ei⁹ assert⁹ ꝓcurator nō
potuerūt illa v̄ba ꝓferre in preiudiciū
dicti Odorici:qꝛ nō erant sui ꝓcurato-
res:nec habebāt in dicta cā aliqđ man
datū:vt habet̄ in.l.lʒ.C.de ꝓcu.Nec di-
ctus Odoricus illū actū ratum habuit.
Immo postꝙ sciuit expresse dissensit et
reuocauit vt mihi asserit̄ in facto.Et iō
sibi nō nocet.Immo pl⁹ etiā si fuissent
ꝓcuratores in dicta cā:tñ ꝑ dicta ver-
ba nō potuissent dicto Odorico p̄iudi-
10 care:†qꝛ cōfessio expꝛssa vel tacita ꝛ qui
libet alius act⁹ q̄ fit ꝑ ꝓcuratorē ꝑ mo-
dū volūtarie iurisditionis nō p̄iudicāt
dño:vt.l.certū.§.sed an ipsos.ff.de con
fessis.vt no.Cy.in.l.j.in.xiiij.q.ante fi.
C.de cōfessis.ꝛ Bar.ꝛ doc.i.d.§.sʒ an ip
sos.Sed dicta v̄ba in casu quo habe-
rent vim cuiusdā tacite cōfessiōis sunt
ꝓlata ꝑ modū volūtarie iurisditiōis:qꝛ
nemo cogebat eos ad illa v̄ba ꝓferen-
da:ḡ dño nō p̄iudicāt.¶Sʒ pl⁹ dico ꝙ
illa v̄ba ꝯsiderātes de ipso dño potesta
te ꝙ miaʒ faciet:nō ꝓbāt tacitā ꝯfessio
nē delicti:qꝛ intelligunt̄ ꝙ faciat miaʒ
inquantū ipse Odo.deliquisset.ꝛ ꝑ hoc
allego gl.no.in.c.exhibita.i v̄bo veniā
11 postulauit.extra đ homici.q̄ dicit:†ꝙ il
le q̄ veniā postulat nō vr̄ ꝑpter hoc esse
culpabilis:qꝛ hoc đr fecisse ex benigni
tate ꝛ humilitate.ꝛ idē tʒ ꝑ illā gl.ꝙ di-
cit esse sin.Lud.de ro.in.l.j.in prin.ff.đ
ope.no.nūcia.ꝛ allegat rōnē:qꝛ ꝓbatio
nes debēt esse luce clariores.l.sciāt.C.
de ꝓba.ꝛ petitio venie pōt esse gr̄a hu-
manitatis ꝛ humilitatis vt dixi.¶Iteʒ
ꝑ hoc facit.d.l.j.in p̄n.ꝛ ꝙ ibi no.Ja.đ
12 are.ꝛ Bar.ꝛ doc.q̄ dicūt ꝑ illū tex.†ꝙ si
aliqs ꝯfitet̄ se absolutū ab excōicatiōe
ꝙ ꝑpter hoc nō vr̄ ꝯfiteri se excōicatū.

arg.d.l.j.q̄ vult ꝙ sit re-
missio:lʒ qs nō haberet
ius nūciādi.facit ēt ad
idē qđ hr̄ ꝑ doc.i.l.decē
ff.de v̄b.ob.¶Nec ob-
stat ꝙ dixi q̄ paciscit̄ de
crimie ꝛc.qꝛ illa v̄ba nō
habēt vim pacti sup cri
mine:vt ptʒ ex p̄dictis.
¶Item tres alij testes
post inq̄sitionē formatā
examinati nō probāt ꝙ
Odoric⁹ scripserit aľr ꝙ
dictū sit:ꝛ maxie magi-
ster Barth.barbitōsor q̄
deponit ꝙ nūꝙ Lazar⁹
vincet qōnē ꝛc.qꝛ ista v̄-
ba nō ꝓbāt ꝙ ipse Odo
ricus male scripserit qꝛ
Odoric⁹ potuit ꝓferre
illa v̄ba non ex eo ꝙ vi-
tiasset scpturas:sʒ ex eo
ꝙ itelligebat vľ itellige
re credebat q̄s foueret
iustā cām.Et iō cuʒ illa
v̄ba potuerūt esse ꝓlata
ita ex bōa cā sicut ex ma
la nō debem⁹ i dubio in-
terp̄tari mala et maxie
ad finē vt dicat̄ deliq̄s-
se:vt.l.merito.ff.ꝓ so.cū
simi.¶Itē ēt depositio
tertiū testis:vcʒ Federi-
cus đ paho nō nocet.dū
đt ꝙ ipse Odoric⁹ dixit
Salomoni ꝙ si vellet si-
bi donare vnā diploidē
veluti ꝙ faceret ipʒ Sa
lomonē obtinere dictaʒ
13 cām:†qꝛ ipse est vnic⁹ et
a singularis[a] i ħ dicto.Et
iō nō ꝓbat.l.iurisiurādi.
C.đ testi.ꝛ in.c.cū a no-
bis.ex̄ eo.ti.cū similib⁹.
14 ¶Itē ēt ē suspect⁹:†qꝛ
ē fideiussor dicti Isaac
cui nō credit̄:vt hr̄ per
Ant.đ but.i.c.sup eo.ex̄
de testi.ēt Jo.an.i addi.
Spe.in ti.đ teste.§.j.v̄si.
sʒ nūq̄d fideiussor.ꝛ hr̄ i

a ¶Singularis.Uide ad hoc Ludo.de ro.in consil.cclv. do.Bart.soci.in consil.ccliij.scip.i cā dñi Joan.v̄sl.ꝑter ea ille.i.ij.volu. car.cls.d.Alex.i ꝯsl.cxiij.i ij.volu.ꝛ in ꝯsl.iij.i.iiij.vo.ꝛ Bart.in.l.đ.§.si dubitetur.quead.test.aperi.bal.i l.apud antiquos.C.đ fur.doct.in l.actor.C.đ pba.

l.si cui.§.si.ff.d le.j. ¶ Itē pp ꝯtumaciā ipsiꝰ Odorici casu quo fuisset cōtumax nō debemus dicere ꝙ ipse falsum commiserit: qꝛ lꝫ ꝯtumacia inducat aliqualem presumptionē contra cōtumacē: tñ nō sufficit ad ꝓbandū delictū: qꝛ de iure cōi contumax in criminalibꝰ non habetur pro cōfesso: vt no. Bar. in. l. absentem. in prin. ff. de penis. ꝛ Bald. in. l. j. C. de pena iudi. qui ma. iudi. qui dicit: ꝙ contumacia nō habet pro probatione. ¶ Et ex istis cōcluditꝰ ꝙ nō est sufficienter ꝓbatū ꝙ dictus Odoricus in prima asserta falsitate scripserit alr̄ ꝙ̄ dictum fuerit: nec i dubio stāte bona fama ipiꝰ Odorici qui nunꝙ̄ similia ꝯmisit ꝑsumitur ꝙ male scripserit. ar. l. ꝗ semisses. §. si. ff. de vsur. ꝛ. l. nō oēs. §. a barbaris. ff. de re mili. cū similibꝰ. ¶ Similr̄ sup secunda asserta falsitate nō est probatū ꝯ dictū Odoricū: nisi per vnū testē: videlꝫ Christophorū de molneno qui dicit ꝙ fuit facta relatio ipsi Odorico: ꝓut in actis Andree notarij ꝯtinet cui testi nō est fides adhibēda: qꝛ est vnicus ꝛ singularjs: vt. l. iurisiurādi. C. de testi. cū similibꝰ. nec pōt dici ꝙ aliter scripserit ꝙ̄ dictum fuerit: qꝛ nō erat presens quando ille actus fideiussiōis fuit celebratꝰ in sui absentia: sꝫ solū scripsit ꝙ sibi ꝑ Andream predictū relatū fuit: ꝙ autē Andreas sibi retulerit prout in actis ꝯtinetur nō est sufficienter ꝓbatū: vt patet ex predictis: ergo ꝛc. ¶ Sup tertia asserta falsitate nō est ꝓbatum aliquid contra Odoricū ꝓdictū: qꝛ lꝫ duo testes deponant ꝙ illa verba ꝙ Lazarus nō cōsentiebat fuerūt ꝓlata ꝑ ipsum Odoricū: tamē ꝓpter hoc nō videt falsum scripsisse: ꝙ qꝛ ex quo dicta verba fuerūt ꝑ ipsū ꝓlata ꝑsente Lazaro ꝛ nō cōtradicēte: videt ipse Lazarus cōsentire ꝛ velle id qđ in dicta respōsione dixerat: vt. l. j. cū ibi not. ꝑ Bart. ꝛ Doc. C. de rela. ¶ Et idō Odoricꝰ potuit scribere ꝙ. d. Lazarꝰ nō cōsentiebat dicte ꝓductioni. Et sic apparet ꝙ etiā in aliis duobꝰ assertis falsitatibꝰ nō scripsit aliter ꝙ̄ dictū fuerit. ¶ Circa scōm dubiū: vꝫ posito ꝙ sit ꝓbatū ꝙ dictꝰ Odoricus scripserit alr̄ ꝙ̄ dictū sit ꝑ partes: an ꝓpter hoc videatur scripsisse aliter ꝙ̄ partes voluerint. Et videt prima facie dicendū ꝙ sic: qꝛ partes i dubio vident voluisse illud qđ dixerūt: vt. l. labeo. §. idem tubero. ff. de sup. lega. ꝛ ideo si alr̄ scriptū reperitꝰ: vꝫ scriptū aliter ꝙ̄ partes voluerint. Ego tamē puto cōtrariū esse verius de iure. Et ꝑ intelligentia prime falsitatis obiecte premitto ꝙ dictꝰ Jacobus hebreꝰ fuit electus de volūtate partiū sine dubio ad vidēdū duo. ¶ Primū si in libro ꝓducto erāt poste facientes pro Lazaro. ¶ Scōm si dictꝰ liber erat ordinatꝰ in diebꝰ ꝛ millesimis. Et in hoc concordāt acta ꝛ scripture Odorici ꝛ And. notariorꝫ. ¶ Itē fuit ꝯmissuꝫ dicto Jaco. ꝙ deberet videre si dictus liber productus erat autēticus necne: ꝛ in hoc eriā conueniunt acta vtriusqꝫ notarij. Sꝫ in hoc tātū vident discrepare dicta acta: qꝛ in actis Andree dꝛ qđ dñs ptās dixit dicto Jaco. qđ deberet videre si dictus liber erat autēticus: ꝛ in actis Odorici dꝛ ꝙ de ptiū volūtate fuit vocatꝰ: vt videret si dictꝰ liber erat autēticus. Que varietas licet videat esse in verbis: tñ ꝙ̄tum ad sensum nulla est varietas, sed idē dicūt: qꝛ ex quo dñs ptās dixit dicta ꝟba Jaco. vt videret si ille liber erat autēticus: nec partibus presentibus et nō contradicentibus ipse partes videntur consensisse: vt. l. j. cum ibi no. C. de rela. Et sic dicit de coꝝ volūtate cōmissum. Et ꝓpterea illa acta vt dixi nō cōtradicunt adinuicem: qꝛ dum in actis Odorici dꝛ ꝙ Jaco. d volūtate partiū fuit electꝰ ad vidēdū si liber erat autēticus ꝛc. Intelligit de volūtate tacita. Ex ꝗ ipse partes nō ꝯtradixerūt vt dixi. Et sic nō ꝯtradicit isto modo intelligēdo scriptare Andree notarij: immo cum ea cōcordat: licet quo ad sonum verborum variare vident: vt in. c. nihil ob. cū ibi not. extra de verbo. signi. Et ꝙ isto mō dicta verba Odorici ita debēt intelligi ne videant discrepare ab actis Odorici college sui: ꝛ ne ipse Odoricꝰ in falsum incidat ꝓbat ꝑ gl. no. in. l. iurisgentiū. §. ꝙ fere. ff. de pactis. ꝗ allegat ꝙ scriptura nunꝙ̄ presumit falsa si pōt esse vera: qꝛ aliquo modo iuueri possit: qꝛ non de

falsum q aliquo mō iuuari pōt:vt not.
in.c.si forte.de electio.li.vj.Et p hoc fa
cit optime tex.ꝛ qd ibi no.Bar.ꝛ doc.i
l.j.in pn.ff.de noui ope.nū.vbi dicūt q
vba testis debēt ita intelligi vt nō inci
dat in falsum.ꝛ ibi Lud.de roma pdu-
cit plura exēpla.ꝛ habet p Bartoluz ꝛ
doctores in.l.secūda.§.creditū.ff.si cer
tum petat.ꝛ in.l.insula.§.j.ff.solu.ma-
trimo.ꝛ p Cano.i.c.cū tu.ex de testi.ꝛ i
c.cū ꝯtingat.de offi.deleg.cū similib⁹.
Et iō cū in casu nostro agat de crimine
falsi.ꝛ pbatio debeat de necessitate cō
cludere:vt dicit Bal.in.d.l.iurisgentiū.
§.q fere.ff.de pact.p gl.q̄ est ibi.ꝛ no.p
doc.in.l.nec exēpluz.C.de falsis.sequit
q dict⁹ Odoric⁹ nō dz dici falsum scri-
psisse:ꝛ sic aliter q̄ partes senserint:ex
quo dicta verba sui act⁹ vz q Jaco.fuit
elect⁹ de volūtate partiū ad videndū si
liber erat auctenticus possunt saluari
qd intelligāt de volūtate partiū.s.taci-
ta.Et sic de necessitate nō concluditur
19 qd falsum scripserit:maxime † cū taci-
tū ꝛ expressum regulariter equiparen-
tur:vt.l.cū quid.ff.si cer.peta.Et p hoc
allego tex.cū glo.in verbo expressum.
in.l.pretor.§.j.ff.de noui ope. nuncia.
20 † vbi habet qd expressum dr etiā illud
qd vbis nō exprimit:sz tacite cōprehē-
dit.ꝛ ibi hoc ēt no.Bar.Et habet p eun
dē i.l.j.ij.col.ff.de vulg.ꝛ pupil.¶ Nec
pdictis obstāt dicta triū testium exami
natoꝝ ante inqsitionē formatā q̄ dicūt
dixisse ꝯtriuz:qꝛ si bene cōsiderem⁹ nul-
lo modo ꝯtradicūt.Nā prim⁹ vcz Anto
ni⁹ notari⁹ de facinis dicit q nō audi-
uit a partib⁹ pdictis seu aliq̄ earū q p
ipsas partes fuerit iniūctū pdicto Ja-
co.vt viderēt si dict⁹ liber erat autētic⁹
necne.ꝛ verū dicit psupponēdo q illa
iniūctio fuerit fcā p dūz ptātē.Sed nō
cōtradicit actui Odorici in quo dicitur
q fuit elect⁹ de voluntate partiū:† qꝛ
21 pōt esse q ptes in hoc nihil dixerint:et
tn̄ fuerit devolūtate earū scz tacita.Ex
quo psentes fuerūt in iudicio ꝛ nō ꝯdi
xerūt per not.in.l.j.C.de rela.cum simi
libus.¶ Et eodē modo respōdet ad id
qd postea idē testis dicit interrogatus
si partes predicte potuissent eligere di

ctū Jaco.etiā ad vidēdū si dictus liber
erat autēticus:quin ipse testis nō vidis
set.q̄ rn̄dit q nō:qꝛ interrogatio sibi fa
cta ꝛ rn̄sio sua itelligi debet q ptes nō
elegerunt dictū Jaco.expresse ex eo qꝛ
ipse ptes vba nō ptulerūt nō tn̄ negat
ipse testis:quin dictus Jaco.fuerit ele
ct⁹ de volūtate ptiū scz tacita ꝛ q vba
fuerint plata p dnm ptātē sicut i actis
Andree notarij college dicti Odorici
ꝯtinet.¶ Eodē mō etiā respōdet ad di
ctū Joānini notarij d lasino q̄ dicit nō
audiuisse q de partiuz volūtate fuerit
elect⁹:qꝛ dz itelligi nō audiuisse.s.a pti
b⁹.Et ita ēt rn̄det ad dictū.d.Aprunis
iuris piti q̄ iterrogat⁹ an pdict⁹ Jaco.
fuerit elect⁹ ad vidēdū ꝛc.Qui rn̄dit ni
hil scire nec recordari se audiuisse ali
qua de pdictis:qm̄ dz itelligi iterroga-
tio ꝛ rn̄sio q nō audiuit ptes dicētes q
eligebāt dictū Jaco.ad vidēdū ꝛc.Nō
tn̄ negat q nō fuerit elect⁹ de ptiū vo-
lūtate tacita:vt.s.dictū ē. ¶ Et ex istis
cōcludo circa pmā falsitatē obiectam
Odorico:q dict⁹ Odoric⁹ i effectu scri
psit illud qd ptes voluerūt:nec dr falsū
cōmisisse.¶ Circa scdaz falsitatē obie-
ctā ipsi Odorico nō insisto:qꝛ nō est p-
bata:vt.s.dixi.Nā qn̄ Lazar⁹ psentauit
Ramēgū p fideiussore ipe Odoric⁹ nō
erat psens vt deponit Christophor⁹ de
molueno ꝛ illud qd scripsit:scripsit ex
relatiōe facta p dictū Andreā notariū
collegā suū.Quo aūt sibi retulerit non
ꝯstat nisi p dictū dicti Christophori cui
nō est fides adhibēda:qꝛ vnic⁹ est:vt.s.
dixi p.l.iurisiurādi.C.de testi.cū simi.ꝛ
iō nō pōt dici q alit scripserit q̄ sibi di-
ctū fuerit:ex q̄ nō ē pbatū.l.duo sunt ti
tij.ff.d testa.tute.ꝛ maxie in crimine fal
22 si de quo agitur † in quo pbationes de
bēt esse clare.l.fi.C.de pba.ꝛ debēt d ne
cessitate ꝯcludere:vt.s.dixi p no.i.l.iu-
resgētiū.§.q fere.ff.d pact.¶ Circa ter
tiā falsitatē obiectā ipsi Odorico ēt nō
est multū isistendū:qꝛ lz ipse Odoricus
ptulerit dicta vba:vcz Lazar⁹ nō ꝯsen
tit ꝛc. tn̄ potuerit scribere qd.d.Laza-
rus nō ꝯsensit h̄ mō:vcz psite Lazaro ꝛ
non ꝯsentiēte:qꝛ ex quo dict⁹ odoricus
ptulit dicta vba nomine dicti Lazari:

ipso Lazaro pñte & nõ ꝯdicẽte vr̃ cõsen sisse dicte plationi ṽbo℞ ꝑ no.in.d.l.j. C.de rela.& sic potuit Odoric⁹ scribere pñte Lazaro & nõ cõsentiente:q꞉ ꝑ hoc nõ vr̃ scripsisse aliq̃d ꝯvolũtatẽ ipsi⁹ Lazari:sed poti⁹ fm̃ ei⁹ volũtatẽ.¶ Circa tertiũ & vltimũ dubiũ vz posito q̃d dict⁹ Odoric⁹ scripsisset aliter ꝙ partes dixerũt & voluerũt:an ꝑꝑ hoc dici debeat ipm̃ falsum cõmisisse:ita q̃d de falso pu
23 niri potuerit.Et vr̃ ꝙ sic:† q꞉ falsum nihil aliud est ꝙ mutatio ṽitatis:vt l auf. de fid.instru.in pñci.col.vj.& no.Azo in summa de falsis.l pn̄.col.xxvij.& h̃r per Cy.& doc.l.l.nec exẽplũ.C.de falsis.Sz si scripsit aliter ꝙ dictũ fuerit:& ꝙ ꝑtes voluerint mutauit veritatẽ:ergo falsũ
24 videt̃ cõmisisse.¶ † Cũ ꝯtrium veri⁹ est de iure:& pro fundamẽto hui⁹ decisiõis sciẽdũ est q̃d duob⁹ modis falsum põt cõmitti.vno mõ cũ dolo.alio modo sine dolo:vt no.ꝑ Cy.& doc.in.l.nec exẽplũ. C.de falsis.& ibi in hoc no.ꝑ glo.q̃ dicit ꝙ falsum sine dolo nõ ꝯmittit̃.& ibi hoc etiã no.Cy.& doc.Sed dict⁹ Odoricus casu quo scripsisset aliter ꝙ partes dixerint & voluerint nõ scripsit dolose:vt statim ostẽdam:ergo nõ potuit nec põt de falso puniri.¶ Q̃d aũt in dolo nõ fuerit:sz poti⁹ ꝑ errorẽ ita scripserit ꝓbari
25 põt multis modis.¶ † Et p̃rio q꞉ in dubio q̃ñ notari⁹ scribit alit̃ ꝙ dictũ fuerit:vel aliq̃d omisit ꝑsumit̃ poti⁹ id per errorẽ fecisse ꝙ ꝑ dolũ:vt ꝓbat̃ in.l.pe. in fi.ibi in quã credo te magis errore ꝙ malitia incidisse.C.de his qui sibi ascribũt in testã.& ꝓbat̃ l.l.quoties.§.j.ff.de heredi.insti.& ibi hoc not.Bar.q̃ dicit ꝑ illum text.q̃d si aliter scriptuz fuerit ꝙ dictũ reperiatur:q̃d presumitur errore scriptũ:& ideo dicit q̃d est argumẽtũ ad excusationem notarũ:vt si vnuz fuit dictũ ꝑ cõtrahentes:vel ꝑ ipsum notariũ dum verba cõtractus dicebant̃.Et aliter reperiat̃ scriptũ nõ presumit̃ factuz falso sed errore.& idẽ tenet Bal.in.d.§. j.& Ang.de are.in.l.j.l prin.ff.de appel. & in suo tracta.maleficiorum in glo.in verbo falsario.et Bald.in.l.si pater.C. de here.inst.qui dicit q̃d in dubio error presumitur.¶ Item pro hoc optime
26 facit lex merito.ff.pro socio q̃ vult † q̃d quoties potest capi coniectura q̃d quis deliquerit & non deliquerit in dubio debemus capere illam coniecturã vt nõ videatur deliquisse.facit etiam ad hoc quod no.Barto.in.l.gerit.in.iij.q.principi.circa princi.ff.de acquiren.heredi.
27 † vbi dicit q̃d in dubio act⁹ dz presumi q̃d inducat talem additionem ꝑ quam non incitat in delictuz per.d.l.merito. ¶ Item pro hoc facit q̃d no.dixit Bal.
28 in.l.j.C.de sacrosan.ec.q̃ dixit † q̃d quoties vnũ ṽbum põt importare falsitatẽ & nõ falsitatẽ debem⁹ facere cõiecturã q̃d nõ importat falsitatẽ.¶ Et rõ hu⁹ ꝗre magis error ꝑsumit̃ ꝙ dol⁹ põt esse vltra ꝑsumptionẽ iuris cõis & maxime circa varietatẽ electiõis facte de dicto Iaco.habreo:q꞉ dict⁹ Odoric⁹ nõ scripsit actũ suũ eo tp̃e q̃ celebrat⁹ fuit sed post:& iõ potuit nõ recordari precise de verbis platis ꝑ partes:q꞉ memoria hominũ labilis est.l.pegre.in pn̄.de acq. pos.Et maxie q꞉ plura fuerũt ṽba tunc plata:vt apparet ex illo actu:ex q̃b⁹ ꝑt
29 dici q̃d potuerit errare:† q꞉ q̃ñ factum est implicitũ etiã l facto ꝓprio presumitur ignorãtia.vt.l.emptor.§.luci⁹.ff.de pac.& l.cũ fideicõmissum.ff.de ꝯfes̃.fm̃ Bar.in.l.nõ fatet̃.eo.ti.et l.l.si res obligata.in pn̄.ff.de leg.j.¶ Et ꝑsertim cũ hic tractet̃ de dãno euitãdo ipsi⁹ Odo-
30 rici ne puniat̃ pena falsi.† q꞉ q̃ñ tractatur de dãno euitando etiã in facto proprio licitũ est errare:vt est tex.cum gl.& ibi doc.in.l.sed si me ꝑsente.§.cũ inter. ff.de condi.inde.& no.Bar.in.l.cuz falsum.ff.de acq.hered.¶ Itẽ est alia ratio:q꞉ ipse Odoric⁹ errauit siue errare potuit nedũ in errore facti:sed etiã in errore iuris:q꞉ potuit credere in p̃la falsitate sibi obiecta ꝙ de cõsensu p̃tiũ d.Jacob⁹ fuerit elect⁹:lz ꝑtes hoc nõ itellexissent nec voluissent.¶ Et eodez modo in tertia falsitate sibi obiecta potuit credere ꝙ Lazar⁹ nõ cõsenserit ꝑ ductioni facte:licet ipse Lazar⁹ nihil dixerit:& talis error iuris si error dici potest h̃ret excusare ipsum Odoricũ a dolo.q꞉ quoties q̃s mouet̃ id aliq̃d faciẽdũ ꝑpter aliquã causam siue iustaz siue etiam

Rue etiam iniustam nõ dicit̃ esse I dolo vt est casus not.in.l.igit.§.j.ff.de libe. causa.ibi ꝛ generaliter dicẽdum est ꝛc. Et no.glo.in.l.plagiũ.ij.in ŵbo iusta.in p̃n.C.ad.l.fla.de plagi.ꝛ gl.fi.in p̃n. in.l.j.in fi.ff.de abigeis. ¶ Et li regula riter iuris error nõ excusat:vt.l.ij.ꝛ.l.er ror.ꝛ.l.regula.l p̃n.ff.de iuris et facti
31 igno.ꝛ.l.ij.C.eo.tit.cũ si.† ĩn vbi ð dolo agit̃ sicut est in casu nostro q̃libet igno rantia etiã iuris excusat:vt.d.l.igit.§.j. et no.gl.notabi.in.d.l.plagiũ.ij.Et gl.fi. in.d.l.j.in fine.ff.de abigeis.ꝛ glos.in.c. fi.per illum tex.in tit.de lege conradi.in vsib⁹ feudorum. ¶ Et si dicatur ergo in omni maleficio in quo requirit̃ dolus nũq̃ aliquis punietur:quia semp quis se excusabit dicẽdo ꝙ hoc fecit errãdo in iure:quod videt̃ esse absurdũ.Ad qð respondetur f̃m Ange. in.d.l.plagiũ.ꝙ aliquando quis facit illicitũ ꝛ prohibi tũ iure nature puta furatur occidit in fert iniuriam vel iniuriã similem facit: ꝛ tunc iuris ignorantia nõ excusat etiã ꝑpter militiã rusticitatem vel sexum. vt.l.venia.ꝛ ibi gl.C.de in ius voc.quia dicit̃ error iuris naturalis vel quasi na turalis in quo nemo excusat̃:vt vult ibi glo.ꝛ no.etiã glo.in.l.fi.§.lz.ff.de pub.ꝛ gl.fi.l.l.error.ꝛ l.l.regla.ff.de iuris ꝛ fa cti ignoran.et gl magna in.l.si quis in tãn.in.ij.q.C.vnde vi.ꝛ glos.in.c.cũ illo rum.ad finem.in ŵbo imperitiã.de sen ten.excõmu.et iste nõ est casus noster: qꝛ hic non tractat̃ de errore in iure na turali vel quasi. ¶ Aliquãdo quis facit actũ illicitũ solũ de iure cõi:ꝛ tunc aut est certũ:qð errauit.i.ꝑ errorẽ illud illi citũ cõmisit:ꝛ tunc excusat̃ ꝑpter talem
32 ignorantiã et errorẽ:† qꝛ licet ignorã tia iuris sit lata culpa:vt.l. late.ff.de ŵ. sig.tñ illa culpa nõ equiparat̃ dolo:ex quo dol⁹ requiritur:vt.l.si quis id qð.§. doli.ff.de iurisd.om.iudi.ꝛ in.l.cornel.ff. ad.l.cor.de sicã.et probat̃ per glo.ordi na.in.l.si quis in tantã.in.viij.q.j.par tis.C.vnde vi.ꝛ hoc tz Ang.l.d.l.plagiũ. ꝛ Bart.in.l j.ff.si quis test.liber esse ius. fue.Et ꝓbat̃.in.d.l.igitur §.j.ff.de libe. causa.cum aliis similib⁹.§.ad hoc alle gatis. ¶ Aut est certũ ꝙ non errauit ꝗ fuit in dolo.ꝛ iste casus non habet du bitationẽ. ¶ Aut dubitat̃ an errauerit in iure vel nõ:ꝛ tũc I dubio p̃sumit̃ fuis se in dolo nisi cõtrariũ ꝓbet̃:videlicet ꝙ ipse errauerit in iure f̃m Ange.in.d. l.plagiũ.qui dicit ꝙ hoc fuit de mente Ja.bu.in.l.j.C.ad legẽ cor.de sicariis. Qualiter autẽ ꝓbari poterit iste error et sic ꝙ ipse Odoricus errore iuris du
33 ctus hoc fecerit ꝛ nõ ꝑ dolũ † cũ cõiciẽ tia hoĩs soli Deo nota sit:vt habet̃ ꝑ gl. insti.de actio.§.alie.dicit Ang.in. d.l. plagiũ.ꝙ hoc constare poterit ꝑ suũ iu ramentũ purgationis ꝑ.l.marcell⁹.ff. rerũ amo.ꝛ.l.p̃senti.C.de his q̃ ad ec cle.cõfug.ꝛ.c.j.de purgatiõe canonica. cõiunctis aliis verisimilib⁹ ꝯiecturis. Et ideo cũ in casu nostro dicat̃ ꝙ dict⁹ Odoric⁹ scripserit aliter q̃ dictũ fuerit. ꝛ illud qð scripserit potuerit esse ꝑ erro rem necdũ facti:sed etiã iuris:ꝛ sumus in dubio.dicendũ est ꝙ in hoc sit stãdũ iuramento suo purgationis:ex quo cõ currũt verisimiles cõiecture ꝙ potius errauerit q̃ in dolo fuerit. ¶ Prima cõ iectura est:quia in dubio notari⁹ scri bẽdo aliter q̃ dictũ fuerit p̃sumit̃ poti⁹ fecisse per errorẽ q̃ ꝑ dolũ:maxime qꝛ agit̃ de damno euitando:vt.§.dictũ est. ¶ Secũda coniectura est:quia testes: examinati cõtra dictũ Odoricũ fuerũt examinati sup errore ꝛ nõ sup falsitate vt apparet ex attestatiõe Anto.notarũ de facinis circa princi.ibi dũ dicitur in quo actu repetitur varietas seu error ꝑ scripturas ꝑdictorũ notariorum ꝛc. ¶ Tertia coniectura est:qꝛ dominus potestas fecit citare dictũ Odoricum sup dictis varietatibus:ꝛ sic appellat varietates ꝛ nõ dolũ:vt apparet ex cõ missione dicte citationis in pluri⁹ ei⁹ partib⁹. ¶ Quarta cõiectura est:qꝛ vn⁹ testis:vz egregi⁹ iurisperit⁹ dñs Aprui nus dicit ꝑdictã varietatem fuisse erro rẽ ꝛ nõ dolũ:vt pꝫ in fine sue attestatio nis.ibi dum dicit̃ ꝛ multũ contristatur de errore ꝑdicto inter ipsos notarios ꝛc. ¶ Quinta coniectura est et optima. videlicet qualitas persone ipsius odo
34 rici.† qui fuit semper bonus ꝛ legalis notarius.Et propterea in dubio presu

a ¶ Quãz a dolũ. Adde d. Alexã. de imo. in cõsi. xxvij. in. ij. vo. et in. l. si q̃s obrepse rit. de fal. et i. l. iubem⁹. C. de testa men. pau. d̃ ca. in. l. l er rore. C. d̃ te sta. doc. l. l. si librarius de reg. iur.

mitur poti⁹ in eo fuisse errorẽ q̃ dolũ a. ⁊ ista so la p̃sumptio sufficeret. vt d̃r singul'r Bal. in. l. quo ties. §. j. ff. de here. insti. q̇ d̃r in hoc põderãdã eẽ qualitatẽ persone. Nã si alr̃ notari⁹ fuit bon⁹ p̃sumit̃ error si mal⁹ p̃su mit̃ q̃ falsum scripserit. vt no. in. l. si q̇s ex argẽ tarijs. §. ij. ff. de edẽdo. ⁊ C. de p̱ba. l. iubem⁹. ⁊ . l. nõ ols. §. a barbaris. ff. d̃

sumptio est ꝙ habeant ptātē corrigēdi
13 †qꝛ bonū est arg.a noīe:vt.l.a nullo.et
ibi gl.⁊ doc.C.de sexijs.¶ Jtē qꝛ in posi
cūs ⁊ q̇nternis estimatoꝝ erat estima
tus magister Frā.in.cc.lib.⁊ in lib.esti
mi solū.lx.⁊ sic verisimilr̄ ꝓpter istā va
rietatē potuerūt credere qꝺ error iter
uenerit ꝑ ea q̇ dicta sunt.ꝭ.circa ꝓnci.
quē errorē voluerūt corrigere.Jtē h ma
xime verū videt:qꝛ dicta apothecha cuꝫ
rebꝰ in ea existētibꝰ in tātū debebat esti
mari:vꝫ in.clxv.lib.⁊ in plus ꝓut in fa
cti narratiōe affirmat.Jtē qꝛ magister
Frāci.recusauit iurare tpe estimi facti
ꝓpter qꝺ est magna ꝯtra eū ꝓsumptio.
ar.l.manifeste.cū ibi no.ff.de iureiurā.
¶ Jtem ꝙ dicti duo electi accusati nō
negauerunt se fecisse addere dictū ca
pitulum:immo confessi sunt:⁊ propter
ea ꝙ ita confessi sunt.videtur ꝙ in du
14 biis pro eis in meliorē ptē sit interꝓtā
dū:†qꝛ mitius agit cum spōte cōfesso:ª

a. ¶ Spōte cōfesso. Sꝫ nūq̇d si ab soluat ꝯdē nari possit. vid ad hoc Bal. in.l.si q̇s i h.in.j. col.ꝟsi.q̄ro vnum.C.de epis.⁊ cle.q̇ ꝑte negati uuꝫ tenere videt.

vt no. glo. v. q. j. in summa. et gl. ij. q. j. in pmis. et glo. in. c. de hoc. ex. de symonia. ¶Ex quib' omnibus coiecturis presumi debet in dubio in casu in quo vere non habuissent dicti duo electi licentiā addendi φ illā additionē fecerunt poti' p errorem credentes se hoc posse facere φ p dolū: et ppterea de falso l quo dol' requerit vt dixi nullo mō tenent. ¶Ex his itaq omnib' concluditur circa primum dubiuz φ dicti duo electi potuerunt mandare notario suo qd adderet vnum centū estimo magistri Frācisci. ¶Et etiā si de iure hoc non potuissent de falso nō tenerētur ipsis iurantibus φ dolose hoc addere non fecerunt: sed q3 credebāt sei hoc posse facere vigore

15 sue cōmissiōis. ¶†Circa scdz an dict' notari' de falso teneat et puniri possit, et circa istud nō expedit insistere: q3 ei' decisio patet ex his q dixi i precedenti dubio. Nam si dicti duo electi q mādauerunt dicto notario suo: vt dictū. c. estimo magistri Francisci habuerūt istam potestatem et libertatē: vt dixi. s. nō est dubiū φ etiā ipse notarius potuerit addere illud centum vigore dicti mandati. et istud non habet dubitationem. Sz si dicti duo electi nō habuissent dictaz potestatem mandandi vigore sue cōmissionis et credidissent habere hanc potestatem. adhuc notarius non tenetur: q3 ille rationes que induxerūt illos duos electos ad credēdū φ possent mandare vt adderet vnum. c. potuerūt etiam notarium inducere: q3 est eadez ratio in vtroq. Nā sicut ipsi duo electi non tenerent ita nec notarius. ¶Sed dico plus etiam si dicti duo electi non habuissent potestatem mandandi: nec etiam aliquam iustā causam ita φ fuissent in culpa vel in dolo de mandando notario suo facere addi illud centum. Tamen adhuc ipse notarius iu' q addidit illū centum de falso non teneret: ex quo fecit de mādato illorū duorum

16 electorū quorū erat notarius: † q3 qui iussu iudicis vel superioris aliqd facit circa officiū suū non videtur dolo malo facere: q3 necesse habet parere: vt e casus in. l. nō videt. §. qui iussu. et ibi gl. ff. de reg. iur. et. l. ad ea. cū glo. et. c. φ qs. de reg. iur. in. vj. cū similib'. nisi pbaret φ in dolo fuerit φ in dubio nō presumitur: vt. l. quoties. §. qui dolo. ff. de pba. Ad eum enim notariuz non spectabat intelligere si ea que mandabātur p dictos electos suos superiores circa officiū eorum: sc3 estimi mādari poterat in dubio eis obedire tenebatur: vt dictis iurib'. et propterea in dubio in dolo aliquo non presumitur et de falso nō tenetur: nec cōdemnari potest: immo ipse. et pdicti duo electi absolui debent a dictis imputationibus de falso.

¶Summariū sup cōsi. xxv.

1 Accusato si per vnū ex iudicib' denūciatū fuerit: φ fugeret: quoniā capi volebat: an ille qui promisit ipsum sub pena presentare: et sic p eo fideiussit: liberatus sit: numeris omnibus sequentib' per totum consilium.

2 Fideiussor in causa criminali capi pt et etiā de iudicio sisti: vel de presentādo accusatum de crimine: et si in certa qtitate pmiserit: de eā tenetur.

3 Fraus et dolus alicui patrocinari nō debent.

4 Legē frustra inuocat: q cōtra eā fecit.

¶Consilium. xxv.

1 In christi † nomine amen. Cum per ser Jacobum et Christophorum habentes merum et mixtū imperiū p dimidia pcederet cō Martinuz accusatū de furto pfat' Martin' fideiussorē s ducatis ducētis pstitit s se qn cūq pntādo ser Jacob' cui re vera de facto cōstabat. mittit officiales ad ipsuz capiēdū de qua re Martin' p Christophorū consortē ser Jac. certioratus fugā arripuit. Fideiussor demū requirit vt illū psentet q dicit se nō posse illū nec teneri presentare: q3 principalis p quo fideiussit fugam arripuit dolo et suasu et fraude alteri' iudicis vez Christophori. Dubitat an fideiussor ser Jaco. teneat pro dimidia. ¶†Circa pmū

2 non est dubiū φ potest accipi fideiussor in causa criminali: et etiam de iudicio sisti vel de presentādo accusatū de crimi

a Fides iussor. Ad hoc vid. d. Alex. in. l. si quis. de cu ra. reo. bal. l. l. quoties. de nora. d. Abb. z doc. in rub. de fi deius.

ne: z si pmisit l certa q̄ti tate in illa tm̄ tenet̄ fide a iussor: a vt est text. in. l. ij. l si. cū seq. ff. q̄ satisda. cog. z pbat̄. l. l. si qs reum. ibi certa q̄titas cōphēsa est ff. d custo. reo. a 3tio sen su. z h̄ casu q̄n p cautiōe officij in criminalib9 qs pmittit aliquē repñsenta re curie: z ppt̄ istā pmis sionē relaxat̄ inculpatus fideiussor tenet̄ etiā lata snia ip3 exhibere seu pre sentare etiā p executiōe snie: vt vult Bar. i. l. si qs reū. ff. d custo. reo. z Pau. de ca. in. d. l. ij. §. fi. l. ij. cō silū. z in. l. duob9. §. a fide iussore. l vlti. col. ff. de iu retur. Sz dubiū facit nunq̄d dict9 fideiussor sit liberat9 ab illa obligatio ne quā fecit d p̄sentādo dictū inculpatū de furto ex eo cū d mādato curie icalpat9 deberet capi: s3 si fuit sibi denūciatū z p suasu3 q deberet fugere nūquid ppter hoc videa tur eē liberat9 fideiussor. Et p̄ria facie poss3 argui in fauorē fideiussoris: q2 1 q̄n qs vocat̄ ad iudiciū z p aliquē iudicē fcm̄ fuit quomin9 ad iudiciū veni ret cōpetit sibi exceptio: vt. l. iij. §. fi. ff. si qs cautio. z ibi doc. z no. p Pau. de ca. in rub. ff. de eo p que3 factū erit. z maxime q2 h̄ cōtingit ppter factū vni9 d duob9 iudicib9 ad quē ēt spectare potuisset di midia pene p fideiussorē pmisse: vn̄ dol9 su9 nō d3 3 sibi prodesse: † q2 fraus z dol9 alicui patrocinari nō debēt. c. sedes aposto 4 lica. eē de rescrip. † Et q2 qs frustra lege3 inuocat

qui cōtra eam facit. l. auxiliū. in fi. ff. de mino. z. c. z q2 frustra. extra d vsur. cū si mi. Sz in 3tiū est ipsa veritas. Nam li cet dictus inculpatus de furto aufugit persuasu z dolo dicti Christophori: ta men propter hoc nō releuatur ipse fide iussor a sua obligatiōe q̄ fecit: quin pos sit agi cōtra eum: q2 ad hoc saltē fuit pe tita dicta fideiussio: vt si ex aliqua cau sa nō p̄sentaret̄ teneret̄ ad penā pmis sam: vt pbat̄ l. l. fi. §. fi. in ter. z gl. z ibi p doc. z de eo per quē fac. erit. Nec potest excusari si fuit denunciatū sibi a dicto Christophoro tanq̄ a persona priuata non tanq̄ a iudice: nec vigore iudicij. iō fideiussor nō liberatur: nec ei competit exceptio: z multominus ipse inculpat9 qui fuit in dolo fugiēdo: vt pbat̄ in. d. l. ij. §. fi. in fi. ff. si quis cautio. sec9 si retine retur per alium iudicē sub pretextu iu dicij: puta qui fuisset vocatus ad mai tribunal. Et ita loquit̄. d. l. ij. §. fi. in p̄n. Bene tamen cōcedo q pro dimidia pe ne que veniret applicāda dicto Christo phoro nō posset per eum exequi a dicto fideiussore: ex quo fuit in dolo persuadē do inculpato fugam: ex quo causa fuge. nam ex suo delicto nō debet commodū consequi maxime faciēdo contra lege3 per dictam regulam frustra legis auxi lium inuocat per predicta.

Summariū super cōsi. xxvj.

1 Mulier que diu pro famula stetit: z p famulatu creditrix fuerit: ac a domi no pregnans reddita: si eidem furtiue: postq̄ ab eo recesserit: pecunias subtra xerit: an furtū cōmittere dicat̄ z tale fur tū punibile sit: numeris omnib9 sequen tibus per totum consilium.

2 Iudei abstinendo ppria autoritate vasa argentea Pharaonis: q̄n aufugerūt de terra Egypti: neq3 furtu3: neq3 peccatū commiserunt.

3 Bellū licet inducere z mouere alicui nō potenti recuperare rem suam: vel etia3 furto aliquid accipere.

4 Rem meā vbi recuperare nō possim: eq̄ ualentem furtiue accipere valeo.

5 Cleric9 quoquo mō recuperādo rē suā irregul iris nō efficit̄: ēt si moꝛs seq̄ret̄.

6 penā nō meret̄ q8 lege pmittēte fit.

Iuo sibi

7 Ius ſibi ꝑpria auctoritate dicere nõ licitũ non eſt.
8 Ius ſibi ꝑpria auctoritate dicere ꝗbuſdam in caſibus licitũ eſt.
9 Ius ſibi tũc dũmõ ꝗs dicere põt qñ alio modo per iudicẽ ius ſuũ ꝯſequi nequit.
10 Furto accipere licitũ eſt auctoritate ꝓpria: vbi ſcandalũ nõ generat.
11 Exempli peſſimi illud quod eſt: faciendum non eſt.
12 Furtum eſt cõtractatio rei aliene fraudoloſa animo lucrãdi inuito dño.
13 Sequẽtia precedentia declarant.
14 Fur preſumitur qui clam rem emerit.
15 Uite ratione de aliquo bene preſumendum eſt.
16 Uerba: capias: ꝛ tibi ſoluas: ciuili modo intelligi debent.
17 Furtũ ſine furandi aĩo nõ dicit.
18 Furti nõ tenet ille ꝗ alicui dãnũ dederit: niſi aĩo furtũ faciendi id fecerit.
19 Creditor qñ ꝓ ſibi ſatiſfaciẽdo debitoris rem accipit: vi bonorũ raptorũ nõ tenetur.
20 Maſculinũ qñ a iure ꝗlificatũ ꝓfert: ſicut eſt hoc nomẽ doctor: medic⁹: religioſus: ĩ materia penali femina religioſa vel hñs illam qualitatẽ non includit.
21 Maſculinũ qñ femininũ cõcipiat dubitationes recipit.
22 Adiectiuũ qñ cũ ſubſtãtiuo maſculo cõiungit. tunc eo caſu quo maſculinũ concipit: extenſione fit ſm ſubiectam materiam: non aũt ex ꝓpria ſignificatione.
23 Subiecta talia ſunt: qualia predicata demonſtrant.
24 Furto quis regulariter de iure ꝯmuni mori non debet.
25 Penalibus: odioſis et ſtrictis maſculinũ genus femininũ non concipit.
26 Maſculinũ gen⁹ quando a lege vel ſtatuto profert in materia indifferẽti: que vtriq; nõ cõuenit: ſed maſculino ſolũ: tunc maſculinũ femininũ non cõtinet.
27 Act⁹ agẽtiũ in patiẽte bñ diſpoſito ſm Philoſophum operari debẽt.
28 Clauſula lege municipali: quomodo ad ſtatutum aliquod referri poſſit.
29 Clauſula: ſaluo ſemꝑ: quid importet.
30 Pecuniam auferẽtes: etiã fracto parieſte vel capſa: que pena puniri debeãt.

Conſilium.xxvj.

1 In chriſti† nomine amen. Maginifice ac generoſe ꝑtor in cauſa Beneuenute vxoris zacharie de Cremona ſuper vno ꝛ quadraginta ducatis per ipſam Franciſco de mazolis ſubtractis mihi per magnifi. v. commiſſa: vidi prius diligenter totum proceſſum ꝛ inquiſitionẽ per dictũ iudicem maleficiorũ cõtra eã formatã: ꝛ allegatiões tam in fauorẽ Beneuenute ꝙ ẽt ꝯ ipſam. Et olb⁹ diligẽter ac mature cõſideratis. ¶ Pro declaratione veritatis tria dubia mihi vident eſſe ĩ primis diſcutienda et examinanda. ¶ Primũ eſt ꝙ ſi dicta Beneuenuta accipiẽdo dictos quadraginta ꝛ vnum ducatos de coſſino dicti Frãciſci deliquerit. ¶ Secũdũ poſito ꝙ ſic: an illud delictũ aliq̃ pena punire debeat. ¶ Tertiũ poſito ꝙ puniri debeat ꝗ pena debeat ei imponi. ¶ Circa primũ dubiũ dicit ꝓ parte dicte Beneuenute ipſam non cõmiſiſſe aliquod delictũ accipiẽdi dictos ducatos ipſi Franciſco eo abſente ꝛ ignorãte: qꝛ in proceſſu probatũ eſt ipſam Beneuenutã fuiſſe et eẽ creditricẽ ꝓ ſua mercede: qꝛ ſtetit. xij. annis pediſſeq̃ dicti Frãciſci ꝛ ei nõ ſoluerat ꝛ ſepi⁹ petierat ab ipſo vt ei ſolueret: qꝛ maritus ſuus nõ videbat eam libenter: qꝛ nõ dederat dotẽ: ꝛ ꝙ plus eſt cognouerat ipſe Frãciſc⁹ eã carnaliter: ita vt ex eo ꝑgnãs facta fuerit. nec vnq̃ dedit niſi verba: ꝛ ideo videbat eam potuiſſe ſubtrahere ſine delicto dictas pecunias ex q̃ aliter debitũ ſuũ conſequi non poterat credens id ſibi licere. Sicut dꝛ in ſacra pagina d iudeis qñ aufugerũt de terris Pharaõis: abſtulerũt ꝑpria auctorita-
2 te vaſa argẽtea. † ꝛ theologi dicũt vt referũt aduocati Beneuenute ꝙ non cõmiſerũt furtũ neq; peccatũ: qꝛ laborauerat per multa tpa ſeruierantq; ipſi Pharaoni. ꝛ pro ſua mercede potuerũt ſua auctoritate ſibi eo mõ ſatiſfacere. ¶ Itẽ ad hoc optie fac. xxiij. q. ij. dñs nr. et qð ibi dicit Arch. ꝗ elegãter vult † ꝙ vbicũq; ꝗs nõ põt hr̃e rem ſuã licitũ eſt

bellum indicere et mouere ad recuperandam rem suam vel etiam furtiue accipere per illum tertium. Et idem tenet Inn. in c. olim causam. j. extra de resti. spo. quem sequitur ibi Anto. de bu. et Doc. et Flo. l. l. itaque. l fi. ff. ad. l. aql. Immo plus dicit Inn. l. d. c. olim. † vbi non possum recuperare rem meam possum equalentem furtiue accipere per d. c. dno nostro. et hoc sequitur ibi Anto. de bu. et Flo. in d. l. itaque. in fi. qui dicit hoc esse mirabile. Immo † plus videtur dicere quod si mors sequeretur ex quo non tendit ad hoc non efficeretur irregularis. et hoc debet intelligi etiam si posset haberi copia iudicis vel superioris vt propria auctoritate possit rem suam vel equalentem accipere dummodo ex tali furto: nec malum: vel scandalum valeat generari vel contra vxorem: vel contra familiarem: vel quemcunque alium: quia tunc deberet rem in pristinum statum restituere. et idem tenet Pau. de ca. in consilio. xxxv. in. iij. col. in pnci. et hoc consilium vidi sepissime dari a theologis. Et ideo videtur quod ex quo dicta Beneuenuta erat creditrix dicti Francisci pro dote sua siue pro mercede sua. xij. annorum. ¶ Item propter stuprum commissum per Franciscum cum ipsa Beneuenuta ex quo grauida effecta est: quia ex hoc solo tenebatur ipsam dotare de iure. iuxta c. j. cum ibi no. extra de adulte. et maritata non potuerit habere debitum suum a dicto Francisco sepius interpellato: quod solum dabat ei verba videtur quod furtiue potuerit dictam pecuniam accipere postquam cognouit scandalum oriri posse. quia dictus Franciscus inculpabat etiam zachariam eius maritum qui non erat in culpa restituit dictam pecuniam: videtur quod non deliquerit: quia visa est consilio legis seu Innocentii pape: ergo non videtur fuisse delictum saltem punibile: quia quod sit lege permittente penam non meretur. l. gracchus. C. de adulte. ac etiam quia non debet quis legis auctoritate decipi. Et licet predicta vera esse videantur. Tamen in casu nostro credo quod ipsa Beneuenuta deliquerit. Nam non est dubium quod in ciuitate Brixie que est ciuitas insignis: quia in ea habetur copia pretoris et iudicum et peritissimorum virorum. iuxta c. statutum. § prin. cum ibi no. de rescrip. in. vj. potuisset ipsa Beneuenuta ius suum consequi et probare de iuribus suis nec ei obstare poterat aliqua violentia. l. non est verisimile. l pri. ff. quod met. causa. Et ideo debebat pretorem aut alium iudicem adire: nec ius propria auctoritate sibi dicere: et quia istud est regulariter prohibitum: vt. l. extat. vbi videtur esse casus notabilis de ista. q. ff. quod metus causa. et in. l. de creditores. et. l. fi. ff. ad. l. iul. de vi pub. vbi etiam videtur casus de hoc facit. l. si quis in tantam. cum ibi no. C. vnde vi. et insti. vi. bo. rap. §. j. cum simi. ¶ † Item reperiuntur certi casus in quibus licitum est sibi ius propria auctoritate dicere. que no. in Spec. de actore. §. j. ver. item quod vult propria auctoritate. et per gl. et Bar. et docto. in d. l. extat. et per Bal. in. c. j. §. j. in prin. l ti. de pace iura. fir. in vsibus feudorum. sed iste casus non connumeratur inter ipsos: ergo etc. arg. gl. notabil: s. insti. de actio. §. actionum. ¶ Immo videtur quod contrarium sit verius per no. per Inn. et doc. in. c. vt preterite. et in. c. querelam. extra de electio. In quibus habetur quod non est licitum sibi ius dicere propria auctoritate. pro hoc allego gl. ordi. §. di. ius naturale que vult † quod tunc demum potest quis sibi ius dicere: quando alio modo non potest ius suum consequi per ius dicentem. xxiij. q. ij. c. j. et. l. ait pretor. §. si debitorem. ff. de his que in frau. credi. ¶ Nec videtur obstare id quod dicitur de iudeis: quia intelligitur quando non potest haberi copia iudicis per predicta. Nec ob. quod singulariter no. Inn. in. c. olim. §. de resti. spoli. quia licet illud dictum sit periculosum: tamen quod propria auctoritate quis potest rem etiam equiualentem accipere furtiue vbi non posset generari scandalum etiam vbi possit haberi copia iudicis vel superioris: nec vnquam tale consilium cuique dare voluissem posito quod sit verum. In casu nostro potius facit in contrarium: quia dicta Beneuenuta potuit cogitare quod ex dicta subtractione pecunie poterat scandalum oriri: sicut ortum est: quia dictus Franciscus inculpabat et zachariam maritum Beneuenute: et potuisset et alios de familia faciliter inculpare: et ideo non fuit licitum Beneuenute dictam pecuniam subtrahere maxime cum fractura coffini: ex qua necessitate Franciscus debuisset aliquem inculpare et scandalum facere. ¶ Et ideo concludo quod dicta contractatio continet in se delictum quod sentit etiam Inno. in d. c. oll. §. vbi etiam in casu nostro † quo propria auctoritate licitum est accipere vbi scandalum non ge

neraret appellat furtũ quod dicit dũmõ ex tali furto nec malũ vel scãdalũ valeat gñari.et pbat in.l.extat.ff.quod met⁹ cã.et in.l.pe.et fi.ff.ad.l.iul.de vi priuata.vbi elegãter dicit quod nec verecũdie nec dignitati nec pietati cõuenit:quem enim iu
11 re facere † hoc exem pess.mi ẽ exẽpli iõ nõ faciẽdũ est nec tollerãdũ.ar.l.exemplo.C.de pbatio.cũ simi. ¶ Circa scdm an tale delictũ aliq̃ pena puniri dbeat. et vĩ quod nõ:qz dicta Bñuenuta erat domestica dicti Francisci:vt testes dicere videntur:ergo etiã si fuisset furtũ:tñ nõ teneretur actiõe furti.l.respiciẽdũ.§.furta domestica.ff.de penis.Sz bñ ego teneo quod tale delictũ sit pũibile.iuxta.l.extat.cũ ibi no.ff.quod met⁹ cã.et.l.pe.et fi.ff.ad l.iuli.de vi puata.Et si esset furtũ de quo dicet in sequenti dubio puniri deberet pena furti:qz dicta Bñuenuta nõ erat nec est domestica:ex quo nõ habitabat cũ Francisco nec erat ei⁹ pedisequa:vt habet l.d.§.furta domestica.et.l.psenti.§.sane.et ibi gl.et doct.C.de his q ad ecclesias cõfugiũt.insti.de testa.§.in testibus p gl.et doc.p glossas.et ceno.in.c.in literis.extra de testib⁹.cũ si. ¶ Nec obstat quod ipsa habitauerit in pte inferiori domus Frãcisci:qz ex quo nõ habitabat expẽsis Frãcisci ppriis:nec p eius seruitio cẽset inhabitasse poti⁹ in alia domo.ar.l.si qs duas.§.si qs partes.ff.cõia pdiorũ.vbi dicit quod alia dom⁹ dr in tertecto pariete.et no.in.l.quod in rerũ.§.fi.ff.de leg.j.Preterea etiã si fuisset domestica:tñ puniret pena furti:si furtum eẽt:qz hmõi furtũ non est leue:imo magnũ:ex q p formã statuti etiã p minori summa qs deberet furca suspẽdi.nã dictis.§.furta domestica.loqr in leuiori furto.i.modico:vt pz ibi si leuiora sũt:ergo si sunt maiora puniẽdi sunt huiusmodi fures:vt ibi no.et istud ẽ clarum. ¶ Circa tertiũ et vltimũ qua pena puniri debeat dicta Bñuenuta est pri⁹ cõsiderãdũ quod delictũ est istd:ex q facilime intelligi postea poterit q pena puniri debeat. ¶ Et vr quod dicta Bñuenuta furtũ cõmiserit:qz in eo videnr cõcurrere oĩa q in diffinitiõe furti cõtinẽtur et sic diffinitio videt cõuerti cũ suo diffinito

ergo.et.c.l.j.§.dolũ.et ibi no.ff.d dol.et no.glo.in rub.ex de summa trini.et fide catho.Qd aũt oĩa q in diffinitiõe furti cõ
12 tinenr pcurrãt pz:† qz furtũ est ptractatio rei aliene fraudulosa aĩo lucrãdi inuito dño quod lege naturali phibitũ est admittere.l.j.§.furtum.ff.de furtis.et insti.de oblig.q ex delicto nascunt.§.j.et ibi no. At in casu nro fuit ptractatio rei aliene in uito dño p.l.qui vas.§.vetare.ff.de furtis.hoc etiã apparet qz ipse Frãciscus porrexit qrelã.d.iudici maleficiorũ cõtra dictam Benenenutã qd nõ fecisset si voluntate ei⁹ etiã tacita factũ fuisset:
13 † quia sequẽtia declarant pcedentia.l.si seu⁹ pluriũ.§.fi.ff.de leg.j. ¶ Itẽ fraudulosa quia fuit clã.arg.l.nõ existimo.ff.de administ.tutorũ.et arg.c.cõsuluit.cum glo.in verbo clã.extra de offi.dele.
14 † et pro hoc quia q emit rẽ clã presumit fur:vt no.Pau.de cast.in.l.l ciuilem.C.de furtis.pro hoc etiam glo.in.l.qui cõtra.C.de incest.nup.et in.l.j.C.de lierdi.matri.cum similibus. ¶ Itez qd fuerit fraudulosa et animo lucrãdi videt pbari qd postq hoc fuit detectũ:ipsa aufugit de domo:et negauit se habuisse dictam pecuniã et in iudicio circa hec varie locuta est p q apparet qd fecit aĩo lucrãdi et frudulẽter. ¶ Sz his nõ obstãtib⁹ teneo qd vere istud nõ fuerit furtũ duplici rõne. ¶ Prima est qz hoc videt fecisse principaliter:qz erat creditrix ipsius Francisci in tãta quãtitate et ẽt maiore.attento maxime stupro cõmisso p Frãciscũ cũ ipsa:vt apparet ex attestationib⁹ testiũ.cõiuncto.c.j.cũ ibi no.extra de adulte.maxime qz steterat quibusdã annis maritata sine dote ppter quod nõ libẽter videbat a marito suo.iuxta.l.fi.C.ad velleia.et l auf.d nup.§.si qs eñ duxerit vxorẽ col.iiij.cũ simili.et quotidie a suo marito increpabat quod erat sine dote.nam cum ipsa sit satis de bona familia d bornardo et fideliter p.xij.annos seruierit dicto Francisco et gubernãdo pecunias suas:† Ut apparet ex p
15 cessu presumẽdũ est bene de ipsa.iuxta l.quod si nolit.§.si mancipium.cũ his q ibi no.et marie p me.ff.de edil.edi.et ideo illud qd fecit subsistẽte causa debiti nõ

soluti in dubio p̄sumēdū est ꝙ dictā pe
cuniā acceperit causa sibi satisfaciēdi:
prout ipsa in iudicio dixit:⁊ p̄sertim cū
ex attestationib⁹ appareat ꝙ ip̄e Fran
ciscus ⁊ ei⁹ mr̄ ꝯquerēte ipsa Beneue-
nuta ꝙ sibi nō satisfaciebat. Frāciscus
dicebat capias ⁊ tibi soluas vel hm̄oi
16 ꝟba:† q̄ lȝ itelligi debeāt ciuili mō tāq̄
ꝟba generalia q̄ nō sunt obligatoria:vt
est glo.in.l.ij.C.in quib⁹ causis colo.et
censi.li.xj.⁊ habet̄ in.c.cū venissent.ex̄
de cōsti.⁊ in.l.obligationū substātia.ff.
de act.⁊.obli.⁊ ꝑ Ludo.de ro.in rubri.
de arbi.in.iiij.colū.vel saltem ꝙ intel-
gi debeāt ciuili modo.s.nō frāgēdo cof
finū vel capsaȝ.ar.l.si cui.ff.de seruitu.
tn̄ negari nō pōt ꝙ ipsa mulier accepit
eā alo vt sibi satisfaceret:vt ptȝ ex p̄di-
ctis ⁊ ex sua cōfessiōe ⁊ ex attestationi-
bus:⁊ ꝓpterea nō pōt dici furtū.q̄ non
fecit alo furandi:sed sibi satisfaciendi.
¶Secūdā ratio ē:q̄ ipsa credidit sibi
ħ licere:tū q̄ erat creditrix:tū ꝓpter ꝟ
ba Francisci ⁊ matris sue q̄b⁹ facilime
credere potuit.gl.no.l.Lititio fund⁹.ff.
de ꝯdi.⁊ demō.⁊ maxime in dānū ipsi⁹
Frācisci.Et lȝ illa ꝟba Frācisci ⁊ ei⁹ ma
tris nō tenderēt ad hoc p̄cise vt fracto
coffino deberet clā pecuniā auferre.ta
mē ex quo ipsa credidit sibi ħ licere ꝓ
pter dicta ꝟba dato ꝙ sibi hoc nō licuis
set:sicut licitū sibi nō fuit:vt dixi.S.in p̄
mo dubio.tamē d̄r furtum commisisse:
17 † quia furtū non dicitur sine animo fu
rādi:vt ꝓbat̄ insti.vi bo.rap.§.j.ibi nec
furti teneri eū q̄ eodē hoc alo rapuit.⁊
ꝓbat̄ l.l.si q̄s vxori.§.si q̄s asinū.in fi.ibi
furti ita demū teneri si furādi alo id fe
cisset.ff.de furtis.⁊ ꝓbat̄ in.l.si q̄s testm̄
18 §.fi.ff.ad.l.aquiliā vbi d̄r:† ꝙ furti non
tenet̄ ille q̄ dedit alicui damnū nisi alo
furti faciēdi hoc faceret:q̄ furtum ⁊ fa
ctū.i.ꝯctationē ⁊ animū furādi exigit vt
ibi dicit̄.¶Sȝ ꝑfecto in casu nr̄o lȝ Be
neuenuta acceperit dictā pecuniā ⁊ clā
⁊ nō recte fecerit:tn̄ ex p̄dictis ⁊ his q̄
in ꝓcessu ꝯtinet̄ indico ipsaȝ fecisse nō
alo furādi:sȝ sibi satisfaciēdi:⁊ ꝓpterea
nō pōt dici ipsaȝ ꝓprie furtū cōmisisse.
Et ad hoc allego Rofredū beneuētanū
in libellis suis iuris ciuilis sup̄ ꝯstitu-

tiōe diui Marci q̄ est.l.extat.ff.q̄ met⁹
19 cā.circa fi.vbi dicit multū no.† ꝙ q̄n cre
ditor accipit rē debitoris ꝓ sibi satisfa
ciēdo nō tenet̄ vi bo.rap.q̄ nec rapinā
voluit ꝯmittere ⁊ forte credidit sibi li
cere:cū volūtas ⁊ ꝓpositū distinguant
maleficia:vt.l.qui iniurie causa.in prin
ci.ff.de fur.⁊ eadem ratione dico ꝙ di-
cta Beneuenuta noluit furtuȝ commit
tere ⁊ credidit forte sibi licere:⁊ per cō
sequens actione furti nō tenetur.¶Et
ex predictis sequitur cessare dubitatio-
nem de statuto Brixie sub rubrica de pe
na furtis non famosi committentis fur
tum in quo dicit̄.Si quis fur non famo
sus furtū fecerit pecunie vl̄ rei a libris
l.mezanorum super furcis suspendat̄ ꝑ
gulam ⁊c.q̄ nō sumus in casu dicti sta-
tuti:ex quo Beneuenuta furtum nō cō-
misit nec furti tenet̄.¶Preterea etiā si
essem⁹ in casu furti ⁊ Beneuenuta fur
tū ꝟe cōmisisset ⁊ teneret̄ pena furti:tn̄
non teneret̄ pena illi⁹ statuti vt furcis
debeat suspendi ꝑ gulam:q̄ illud statu
tum nō cōprehendit feminam furtū cō-
mittentē sed solum masculū tribus ra-
20 tionib⁹.¶† Prima est:q̄ q̄n masculinū
ꝓfertur a iure qualificatū:sicut est hoc
nomen doctor medic⁹ religiosus in ma
teria penali non includit̄ femina reli-
giosa vel habēs illā qualitatē vt in cle
mē.eos de cōsangui.⁊ affi.⁊ ita intelli-
git ibi illū tex.Pau.de liaza.⁊ Cardi.in.
ꝟ.opposi.⁊ Domi.de san.Gemi.in.c.ge
nerali.de elec.in.vj.⁊ ꝓbat̄.in.c.q̄m.§.
pe.de symo.⁊ de cleri.excom.mini.c.po
stulastis.§.pe.Facit tex.xxvij.q.j.impu-
dicus.vbi exprimit monachos ⁊ mona-
chas.⁊ ita tenui in.l.j.ff.de verb.sig.vbi
21 plenissime vltra oēs examinaui:† an et
q̄n masculinū genus concipiat femini-
nū:hoc tamē recipit dubitationes per
l.quicunq̄.C.de ser.fugi.que loquit̄ de
seruo fugitiuo intelligēdo ipsum etiaȝ
in serua fugitiua:de quo me remitto ad
ibi no.q̄ sunt alie sequētes ratiōes que
22 magis vrgent.¶Alia rō est:q̄ q̄n adie
ctiuū cōiūgit̄ cū substātiuo masculo:tn̄
vt in hoc exēplo si q̄s fili⁹ vl̄ seru⁹ vel q̄
cūq̄ laborator:vt i casu nr̄o.Si q̄s fur
famosus tunc eo casu quo masculinuȝ

cōcipit femininū:hoc fit extēsione nō ex
ꝑpria significatione fm subiectā mate
riam:vt pbaẗ in.l. q̇squis.ꝛ l.l. pnūcia-
23 tio.in pnci.ff.de ver.significa.† qꝛ talia
sunt subiecta qualia predicata demon
strant:vt est tex.cū glo.i.c.iter dilectos.
in ꝟbo nequiuissent.ex̄ de fide instru.ꝛ
no.gl.in.c.dudū.in ꝟbo ꝓhibibem⁹.de
deci.ꝛ hoc vẛ fuisse de mente Barto.in
l.j.ff.de ver.signi.quē sequiẗ And.i cle.
j.in.iij.q.de elec.ꝛ do.Domi.in.c.gene
rali.de elec.l.vj.Et ita tenui in.d.l.j.ff.
de ver.signifi.¶ Et ideo cū simus in ca
24 su statuti exorbitātis a iure cōi:† qꝛ de
iure cōi regulꝛr p furto q̇s nō debet mo
ri.vt habeẗ in.l.si fugitiui.ꝛ in aut.sꝫ no
uo iure.C.de ser.fugiti.ꝛ ibi hoc plenis
sime declaraui.ꝛ tale statutū si sit pena
le ꝛ cōtra ius cōmune dꝫ intelligi in ca
su ꝑprio ꝛ nō iproprio p viam extensio
nis:vt.l.iij.§.j.ff.de nego.gest.ꝛ.l.q̇cq̇d
astringēde.cū ibi no.ff.de ver.obliga.ꝛ
no.in.d.l.q̇cūqꝫ.ꝛ in.d.l.j.ff.de verboꝝ
signifi.ꝛ ibi plene dixi in.ij.q.pn.Et p
25 pterea masculinū nō cōcipit:† qꝛ i odio
sis ꝛ penalib⁹ ꝛ strictis masculinuꝫ nō
cōcipit femininū:vt ē casus no.in.l.j.§.
quare.ff.de ventre i posses.mit.ꝛ ita no.
Ludo.de ro.i.l.ij.in pnci.i.ij.col.in fine.
26 ff.de ver.obli.¶ †Tertia rō est qꝛ qñ
masculinū genus pferẗ a lege vel sta-
tuto in materia differēti q̄ nō conuenit
vtriqꝫ sexu:sꝫ solū masculis.tūc mascu-
linū nō ꝯtinet femininū:vt not.p Pau.
de liaza.ꝛ Dñicū i.c.generali.de elec.
in.vj.ꝛ Cardi.in cle.j.in.ij.q.ad finē.de
elec.ꝛ dixi in.l.j.in.j.q.in scḋa fallētia.
27 ¶ †Et pōt eē ratio:qꝛ act⁹ agentiū de
bēt operari in patiente bene disposito
fm Phm. Sꝫ i casu nr̄o statutū loquēs
in masculino de fure nō famoso vt fur-
ca suspēdaẗ non cōuenit nature mulie
ris neqꝫ ei⁹ sexui:qꝛ mulieres cōiter su
spēdi p dcō delicto nō ꝯsueuerūt i hac
ꝓuincia Illustri.ducalis dñij Uenetia
rū nisi p cā stat⁹.i.p crimine lese maie
statis.¶ Et iō nō est p̄sumēdū ꝙ statuē
tes voluerint cōphēdere feminas.arg.
l.plenū.§.eq̇tū ff.de vsu ꝛ ha.ꝛ arg.l.si
q̇s filio exhr̄da.§.irritū.ff.ḋ iniusto test.
ꝛ.l.ex militari.ff.de testa.mili.ꝛ qḋ no.

Bal.in.c.j.§.si ꝟo.in.tit.
ḋ feudo guardie ꝛ gastal
die vñ ex his ꝯcludo ꝙ
pena mortꝫ vigore dicti
statuti dicte Bñuenute i
poni nō pt.¶ Sꝫ dubiū
remanet nūq̇d possit ꝛ ḋ
beat puniri vigore statu
ti sub rubrica de pēa cō
mittētis aliqḋ maleficiū
ḋ q̄ nō esset pēa determi
nata.Et videẗ ꝙ sic:qꝛ il
lud statutum vult ꝙ vbi
q̇s cōmiserit aliqḋ male
ficiū:ḋ q̄ nō eēt determi
nata pena p statutū cōis
Brixie potestas debeat
ꝯdēnare ꝛ penā iponere
fm statutum simile:si ꝙ
eē reperireẗ in volumie
statutoꝝ.¶ Sꝫ iste cas⁹
nō ē determiat⁹ p statu-
ta.Ergo videẗ ꝙ p simi-
le debeat determinari:ꝛ
sic p statutū ḋ pēa furis
nō famosi.Incōtrariū teneo
esse veritatē ꝑpter clau
sulā in fine appositaꝫ in
dicto statuto dum dicit.
Saluo semp statuto duo
decimo superius posito
sub rub.ꝙ null⁹ corpora
28 liẗ puniaẗ.†In q̄ statu-
to cōtineẗ ꝙ null⁹ cor-
poraliter puniaẗ nisi le-
ge municipali caueaẗ q̄
clausula cū possit referi-
ri cōmode ad totū statu-
tū dꝫ referri.l.talis scri-
ptura.cū ibi no.ff.ḋ leg.
j.C.de libe.p̄te.l.j. et in
c.scḋo requiris.ex̄.de ap
pel ꝛ in.l.si idē cū codē.
§.si.ff.de iurisdi.om.iu-
di.ꝛ i p̄dictis locis no.p
29 doct.† Et hoc forte im-
portat verbū semp dū di
cit.Saluo semp quasi di
cat:saluo in oībus p̄di-
ctis casib⁹ ꝛc.arg.l.j.cū
gl.in verbo semp. ff.sol.

a ¶ Ma-
sculinum.
Ad istam
materiam i
qua pēdet
resolō to-
tius consi-
lij vide do.
Alexan. de
imo.in cōs.
lxvj.in.iij.
volu.et in
cōsil.cxxxv.
in.j.volu.
Barto.in.l.
si q̇s in tan
taꝫ.C.vnde
vi.et in.l.si
quis id qḋ.
de iurisdi.
om.iudicū.
Bal.in.l.ne
passim.C.ḋ
iur.et facti
igno. Abb.
et doc.in.c.
significauit
de rescript.
doc.in l.q̇s
q̇s.C.ad.l.
iul.maie.

matr.cū ibi no. Nec est verū q̄ nō possit cōmode referri ad ola:q: intētio statuē- tium videt̄ fuisse vt nullus puniat̄ pena corporali nisi lege municipali caueat̄: vt dr̄ in statuto p̄dicto.xij.a qua lege nō intēdūt recedere q̄ p statutū d̄ pena cō mittentis aliqd̄ maleficiū:⁊ pp̄ter hoc dixit in fi.saluo semp ⁊c. ¶Preterea ista videt̄ esse magis cōueniens interpreta tio:q: hoc mō non corrigit̄ dictū statu- tum xij. Sed si illa clausula referret̄ ad prin. ⁊ tū:illud statutū corrigeret i p̄te statutū.xij.qd̄ in dubio nō est dicendum per.l.nā ad ea.cum ibi no.ff.de condi.⁊ demon.⁊ per no.p Bar.in.l.j.§.ij.ff.q̄ vi aut clā. Et maxime ipsum reseruādo in specie ⁊ dicēdo:saluo semper ⁊c. Et istā partē puto esse veriorē. ¶Nisi in ciuita te Brixie fuisset ⁊ esset interpretatum ⁊ obseruatū p̄riū:q: tunc illud esset seruā dum per.l.si de interpretatiōe.ff.de le- gi. ¶Et ideo cōcludo q̄ dicta Benene- nuta de iure communi posset puniri si hoc esset petitū in amissiōe crediti:vt.l. extat.ff.q̄ met⁹ cā.⁊.l.pe.§.creditores. ff.ad.l.iul.de vi priuata.⁊ efficeret̄ infa mis:vt.l.fi.eo.ti. ¶Sed iste pene proce dendo p viam inquisitionis sicut p̄cedi tur nō debēt habere locum:maxime stā te statuto predicto.xij.in quo cōtinet̄ q̄ nullus corporaliter puniatur:nisi lege municipali caueat̄:sed alia puniat̄ pe- cuniariter arbitrio potestatis inspectis cōditione p̄sone ⁊ qualitate delicti.⁊ b3 istud statutū d3 fieri condēnatio pecu niariter tm̄:arbitrio potestatis inspecta cōditione dicte Benenenute de quibus cōditionib⁹ dictū est.§. ¶Et inspecta q̄ litate delicti.s.quātitate pecunie ⁊ cā delicti et apertura ⁊ fractura coffini:q̄ fractura aggrauat etiā delictū:p ea q̄ no.Pau.de ca.in auf.sed nouo iure.C. de ser.fu.⁊ p̄bat̄ l.j.§.itē effractores. ibi effracto pariete.pecuniā abstulit.ff.
30 de effrac.⁊ expil.⁊ vbi de iure cōi etiam auferētes pecuniam fracto pariete vel capsa ciuis roman⁹ vel honestiores vl- tra penā exiliū cōdēnare nō poterāt:et qdā ciuis romanus pp̄ter hoc quinquē nio iussus q̄ abstinere p̄uincia Affrica. vñ erat:⁊ ab Urbe ⁊ ab Italia. Sz ple- bei vltra penas opis publici nō p̄dēna bantur.vt.d.§.item effractores.⁊.§.fin.

¶Summarium sup cōsi.xxvij.

1 De homicidio interesse:q̄ noluerit:sed post conclusionem per alios de occidē do factā dixit Andelo amazar con Dio che depottero el bali ⁊ la zapa da sepe lirlo:dicat̄ dedisse auxiliū ⁊ fauorem:⁊ ita de homicidio teneat̄:numeris omni bus sequentibus per totum consilium.

2 Consilium videtur dare qui persuadet ⁊ impellit atq̄ consilio instruit ad ma- leficium faciendum.

3 Actus omnis qui verbis tm̄ fit:⁊ fit gra tia facientis ⁊ non consulentis:seu in- struentis:consilium dicitur.

4 Consiliū maleficio dare dicit̄:qui osten dit vtilitatem ex illo prouenientem.

5 Fauere seu fauorem prestare est factū laudare.

6 Fautores illi dicūt̄ q̄ criminosis aliq̄d alimonie p̄stant:⁊ q̄ aliq̄ p̄curāt vel sub ministrāt p que criminosi liberentur.

7 Fauorem quis dare dicatur.

8 Opem seu auxiliū prestans an eadē pe na teneatur:qua principalis occidens. vel aliter delinquens tenetur.

9 Auxilium maleficio prestans nō tenet̄ eadē pena:qua principalis delinquēs tenet̄:sed mitiori:nisi vbi opis ⁊ auxiliū prestatio maleficiū causam impendat.

10 Judices eadē pena delinquentes ⁊ au- xilium prestantes qui puniunt:qn̄ auxi liū maleficiū causam non dederint:con tra ius diuinū ⁊ humanū faciunt:⁊ etiā proprias animas occidunt.

11 Maleficiū cām dare qūo quis dicatur.

12 Regula que dicit q̄ delictū cōmittentis ⁊ ei auxiliū vel fauorem prestantes ea- dem pena puniant̄:qūo intelligat̄.

13 Morti quando quis condemnari debe- ret:quoniam vere de delicto constaret: nisi per presumptiones violentas con- stiterit:mitius puniri debet.

14 Nocentem melius est absoluere q̄ inno centem cōdemnare.

15 Statuta simpliciter loquētia de prestā- tibus cōsilium:auxilium:vel fauorem: secundū ius cōmune interpretari debēt.

16 Lex quantūcunq̄ dura:certa esse d3.

¶Consilium.xxvij.

1 IN christi† no-
mine amẽ. Requisitus ex
parti magnifice ac genero
se pretor ego Bartholo
meus Cepola de Verona
Juris vtriusq͛ doctor a secretario ve-
stro vt ꝓcessum quẽdã ꝑ magnificentiã
vestram cõfectuȝ contra Angel.q.ziliũ
de sancto zenone sup morte cuiusdam
mendici incogniti occisi iã triginta an
nis viderẽ ⁊ examinarem cum trib⁹ sta
tutis Taruisij Vno ꝺ auxilio ⁊ fauore
prestitis malefactorib⁹. Alio de homi
cidiis ⁊ eoꝝ penis. Tertio de refoꝛma
tiõe statuti loquẽtis de homicidiis. Ac
deinde q̇d iuris sit ⁊ q̄ pena dictus An
gelus debeat puniri vobis cõsulerem.
Ego aũt intelligẽs hãc causam nedum
maximi põderis esse:q: de vita aut moꝛ
te hominis agit͛:sed etiã multũ dubita
bilẽ.volui pri⁹ dictũ ꝓcessum cũ predi-
ctis statutis diligẽter examinare:⁊ oĩa
q̃ ad hanc rẽ ꝑtinẽt quãtũ in me fuit cũ
matura deliberatione discutere:vt ⁊ iu
sticie primũ:ac deinde vestre requisi-
tioni ⁊ volũtati satisfacereȝ. ¶ Ex oĩb⁹
sepe ⁊ sepi⁹ diligẽtissime cõsideratis:ꝓ
clarioꝛi intelligẽtia decreui in ṗmis cõ
fessionẽ dicti Angeli summatim hic ex
ṗmere ⁊ ex ea dubia quedã elicere:ac
postremo sup illis q̇d iuris sit cõsulere.
¶ Cõfessio Ang.est breuiter in hec ver
ba. Quidã mendicus incognit⁹ quodã
sero iã trigita annis venerat ad domũ
ziliĳ patris ⁊ Pauli eius fratris cã ibi
doꝛmiẽdi illa nocte ⁊ dum dicti zili⁹ et
Paul⁹ fraters domũ rediissent:reperie
rũt illũ mẽdicũ doꝛmiẽteȝ sup vna ban
cha ⁊ irati ꝙ ille mẽdic⁹ fuisset i domo
retẽtus expulerũt ipsum de domo. Cui
expulsioni interuenit dictus Angelus
qui de ea non contentus super via pu
blica ante poꝛtam curtiui percussit ipm
mendicum sup capite cum hasta ferra
ta cũ sanguine:⁊ in scheua de spõtono
sine sanguine. Quo fcõ audito clamo-
re dicti mẽdici vulnerati dicẽtis ꝙ iret
ad accusandũ eos:tũc dicti Paulus ⁊
zili⁹ i pñtia dicti Angeli deliberauerũt
occidere ipsum ꝑcussum ne iret ad ac-
cusandũ eos de dictis ꝑcussionibus et
voluerũt ꝙ ipse Ange.iret cũ eis ad oc
cidendũ cum:sed ipse recusauit:sed tñ
dederũt oꝛdinẽ cũ dicto Angelo: ꝙ ipsi
irent ad occidẽdũ:sed ꝙ ipse Angelus
deberet poꝛtare badile ⁊ zaponũ secũ
ꝓ sepeliẽdo ipm:q: mitterẽt ꝓ eo:⁊ sic
ipse Ang.dixit. Unde amazario cõ Dio
che li poꝛtaro el badile ⁊ el zapõ. Et his
dictis ṗdicti zilius ⁊ Paulus interfece
runt dictũ mendicũ.⁊ miserunt famulũ
ad ipsum Angelũ vt poꝛtaret badile et
zaponũ.⁊ ita ipse poꝛtauit ⁊ ipse Ange.
⁊ Paulus fecerũt vnã foueã in quodã
monticello zilio custodiente cadauer ⁊
facta fouea sup vna scala poꝛtauerunt
cadauer ⁊ sepelierũt ⁊c. ¶ Ex ista cõfes
sione duo sunt examinanda. ¶ Primuȝ
est:an dictus Ange.per predicta dica
tur dedisse auxiliũ cõsilium vel fauoꝛẽ
dicto homicidio. ¶ Scd̃m qua pena di
ctus Angelus debeat puniri attẽtis di
ctis trib⁹ statutis Taruisij. ¶ In Chri
sti nomine ⁊ inuocata spũ sancti gratia.
2 ¶ † Circa ṗmũ clarũ est ꝙ cõsiliũ nõ de
dit dictus Ange. ṗdicto maleficio. Nã
cõsiliũ dare vr̃ q̇ persuadet ⁊ impellit
atq͛ instruit cõsilio ad maleficiũ faciẽ
dũ:vt ẽ tex.l.i.furti.§.ꝯsiliũ.⁊ ibi Bar.
in fine.ff.de furtis.⁊ institu.de obliga.
que ex delicto nascuntur.§.ope.in fine.
3 ¶ † Itẽ oĩs actus qui fit ꝟbis tm̃:⁊ fit
gratia faciẽtis nõ cõsulẽtis seu instruẽ
tis dr̃ etiam cõsilium.vt probat͛ in.d.§.
cõsilium.fm Barto.in.l.nõ solũ.§.si mã
dato.ad finem.ff.de iniuriis.ex quo ibi
infert ꝙ nõ est differẽtia iter ꝑsuasionẽ
⁊ cõsilium ⁊ instigationẽ ⁊ instructionẽ
⁊ similia. Et ideo ꝯsulere dr̃ ille qui ver-
bo suadet:vt no.Bald in.l.j.ad fi.j.col.
C.de seruis fugitiuis. Et no.per Jo.de
ana.in.c. continentia.extra de clerico
percus. Et hoc intelligẽdo de cõsilio ad
malefaciẽdum:sicut capitur in casu no
stro.nõ autem dolo qui etiam cõsiliuȝ
dicit͛:vt.l.sepe.in fine.⁊ ibi Barto.ff.de
4 verboꝝ signifi. † Item ꝯsiliũ etiam da-
re dicitur maleficio qui ostendit vtilita
tem ꝓuenientem ex illo:vt no. Innocẽ.
in.c.ad audientiam.extra de homici.et
Joã.and.in.c.felicis.in verbo ꝯsiliũ.de

penis lib.vj.in nouella. sz dictus Angel⁹ nō persuasit neq̧ impulit aut instruxit suis v̄bis dictos ziliū ꝛ paulū ad dictum homicidiū cōmittēdum: neq̧ ostēdit aliquā vtilitatē ex eo maleficio puenientē:vt ptz ex his q̄ in sua ꝯfessiōe ꝯtinēt:ergo de ꝯsilio nō tenet de iure cōi:neq̧ ex forma p̄dicti tertij statuti de reformatione statuti ꝛc. In q̄ fit mētio de dāte ꝯsiliū auxiliū vł fauorē. ¶ De auxilio ꝛ fauore ē mai⁹ dubiū.
5 †Nā fauere seu fauorē p̄stare ē laudare factū:qꝛ in laudatiōe facti dicimus fauorē impēdi: vt no.Jo.an.fm Abb.in c.nuper.in v̄bo fauorez. extra de senten.excom. Sed hāc laudationē nō fecit dict⁹ Angel⁹:ergo fauorē ex hoc capite p̄stitisse nō vł.
6 ¶ †In ꝯ̄riū facit qꝛ illi dicūt fautores ꝛ fauere q̄ criminosis p̄stant aliq̄d alimonie:ꝛ q̄ ꝓcurāt aliqua ꝑ q̄ liberētur criminosi:vel subministrāt aliq̄.xxiij.q.iiij.ē iniusta.et.l.pignore.§.si. ff.de fur.vt notat Archidia.de her.c.ij.lib.vj.ꝛ Car.zaba.in clemē.j.in princi.in.xvij.q.de so.cōpe.
7 †Et qs dicat dare fauorē.ponit ēt ꝑ gl.Joā.an.ord.l clemē.si qs suadente.de penis.sed dict⁹. Angel⁹ vł ministrasse aliqua ꝓ dicto maleficio: scz vt occisus sepeliatur ꝛ occultet:ergo vł fauorē prestitisse. In hoc puncto esse dicēdū:idez ꝙ de auxilio statiz dicā. ¶ Uñ vidēdū est nūquid dicat dedisse auxiliū seu opē dicti homicidij. ꝙ puniri debeat tanq̄ prestās opez seu auxiliū malefi. Et vł ꝙ nō:qꝛ nec añ maleficiū prestitit opē:nec in ipso maleficio:sz solū interuenit post maleficiuz seu homicidiū cōpletū ad ip̄z occisum sepeliēdū:vt probat in.l.in furti.§.opē. v̄.opē.ff.de furtis.nā ille actus sepeliēdi fuit poti⁹ ad celandū crimē q̄ ad ip̄z crimē cōmittendū:ergo nō vł prestitisse auxilium dictū homicidio vt ibi Et ita no.determinat Bar.quē sequit Ang.in d.l.in furti.ff.de furtis.dicēs istud eē verū:lz viderit assessores punire tales tāq̄ prestātes opem.argu.l.raptores. C. de epi.ꝛ cleri.ꝛ idem tenet ipse Bar.in.l.si quis in graui.§.si quisq̧.ff.ad syllenia. ¶ In cōtrariū vł qđ notat idē Bar.l.d.l.in furti.añ fi.ff.de furtis.vbi dt predicta esse vera nisi precessisset consiliū añ puta facias:qꝛ adiuuabo te ad euadendū:qꝛ tunc illa spes data est auxiliū ad cōmittendū maleficiū:vt ibi.Et idē no. ꝛ sequit Ang.de are.in suo trac.malefi. in gl.in verbo dicto maleficio semꝑ asti tit.in.iiij.col.Sed in casu nostro p̄cessit cōsiliū:qꝛ dictum fuit ꝑ zilium ꝛ Paulū ipsi Angelo occidemus ip̄z ꝛ tu venies cū zapa ꝛ badilis.ꝛ ipse Angelus r̄ndit ite ad occidendū cum dn̄o ego postea veniā. ¶ Et ex his vł ꝙ tā de iure cōi q̄ etiā ex forma statutorū Taruisij dict⁹. Angelus debeat puniri tanq̄ prestans fauorem ꝛ auxiliuz dicto homicidio te
8 nēdo opinionem Bar.† ꝙ prestās opē. seu auxiliū teneatur eadem pena qua tenetur principalis occidēs vel aliter delinquens.vt not.Bar.in.l.is qui opē ff.de furtis. ¶ Sed tñ his non obstantibus teneo ꝙ dictus Angelus nō teneatur pena.s.mortis q̄ tenent dict⁹ zili⁹ ꝛ paul⁹ occisores:nec de iure cōi:neq̧ ex forma predictoꝝ statutoꝝ Taruisij.Et primo ð iure cōi ꝙ nō teneat pari pena
9 ꝓbat.†Nā fm verā opinionē ēt p̄stans
a opē [a] seu auxiliū maleficio nō tenet eadē pena q̄ p̄ncipalis delinquēs tenet: sz mitiori:nisi vbi p̄statio opis ꝛ auxilij det cām maleficij:qꝛ tūc p̄stās opez seu auxiliū ꝛ faciēs pari pena puniunt.vt l.nihil interest.ff.ad.l.corne.de sica.Et

a ¶ Prestans opez. Ad hui⁹ cōsiliū resolutionez vide do.Alex.de imo.in consi.cxi.in.ij.volu.Paul.de ca.in cōsil.cxciiij.in ci.in causa carceratoruz.bar.l.l.furti.§.ope ff.de furtis. Bal.in.l.nō ideo.C.ð accusa.ꝛ l sua marga.ver.auxilium.ꝛ in.l.non eo minus.ver.item quero quō.C.eo.titu.d.Alex.ꝛ doc.in.l.si rixa.ð sica.doc.l.l.qm.ad.l.iuliaz.de vi.domi.abb.ꝛ doct.in.c.q̄te.de sen.excom.

istā opi. lz do. Bartho. de saly. in. l. j. vbi hoc plene examinat. C. de rap. virgi. dicēs q ista opinio fuit Dy. et pluriū alioꝝ doctoꝝ q deliberate l. q. facti sic habuerūt ꝯsulere. Et dicit ibi Saly. q in
10 †dicēs seruātes ꝯtrā faciūt ꝯ iue diuinū et humanū et ꝓprias alas occidūt: et ideo eoꝝ sntia nō est tenēda. argu. l. rē nō nouā. circa mediū. C. de iud. et c. ne i nitaris. ex de cōsti. lz dict⁹ Angel⁹ quātūcūqꝫ diceret̄ prestitisse opē vel auxilium. ad. homici. tn̄ nō dedit cāz. ad. male
11 fi. † nā dare cām malefi. dr puta q gladiū furioso dedit vt se occideret vł aliū: vt dicit gl. in. d. l. nihil interest. ¶ Itē si ali⁹ tenuit ali⁹ interemit ille q tenuit dr quasi mortis cāz prebuisse: vt est tex. in. l. itē mella. §. si alius. ff. ad legē aquiliā. ¶ Itē qui manib⁹ vel corpore ꝓbuit cām mortis: vt est tex. cū gl. in ꝟbo quolibet in. l. ita vulnerat⁹. in prin. eo. titu. ¶ Itē q cōsiliū ꝓceptū vł operā vł suggestionē adhibuit ad maleficiū ꝯmittēdū: vt est tex. cū gl. no. in. c. de cetero. ex de homici. et ꝓbatur. l. distin. si quis viduā. et ibi etiā no. vn̄ cū ipe Angel⁹ non fecerit aliqd de ꝑdictis vt ei⁹ cōfessiōe apparet: seqt̄ q ipse nō dr ꝑstitisse cām homicidio: ergo lz etiā diceret̄ prestitisse auxiliū vł fauorē: nihilominus nō dz puniri eadē pena qua ipsi occisores lz
12 mitiori. ¶ † Preterea illa regula q dicit q cōmittētes delictum et ei auxiliū vł fauorē prestātes tenētur eadē pena intelligit̄ qn̄ est auxilium non nudū: seu fauor nudus. Secus si esset simplex et nudus fauor seu simplex et nudū auxiliū: q est qn̄ delictū nō auget̄: qr tūc arbitrio iudicis esset puniēd⁹ ꝑstās auxiliū vel fauorē etiā nō eadē pena qua ipse cōmittens delictū puniri dz: vt ꝓbat̄ in. c. felicis. in principio. cōiuncto. §. illud. de penis. lib. vj. et ibi hoc notat gl. parua in ꝟbo fautorē. et ibi etiā p Phicū de sancto Gemi. et ita etiā no. et seqtur Angel. in. d. l. in furti. ff. de furtis. ¶ Sz in casu nr̄o vł esse simplex fauor seu auxiliū nudū: qr p ipm nō auget̄ delictū: ergo dictus Angel⁹ q prestitit auxilium maxime post delictū cōsumatū nō dz puniri eadē pena qua ipsi occisores: lz mitiori arbitrio iudicis. ¶ Alia rōne moueor etiā ad id cōcludendū: qr possibile et verisimile est q ꝓpter illam ꝓmissionē de portādo zappā et badile ad faciendū foueā induxerit occisores ad occidendū: vel eis dederit spē que dr auxilium: vt dicit Barto. de illo qui promisit adiuuare ad euadendum in dicta lege in furti. Et est potius quedā presumptio q probatio. qr possibile est etiā q propter illā promissionē illi occisores nō fuerint inducti ad illud homicidiū: nec i illo spē aliquā nō posuerint: qr etiā si nō promisisset omnino homicidiū illud cōmisissent. ¶ Et ideo cū dict⁹ Angel⁹ veniat puniend⁹ ex dicta presumptione que est cōtra eū quantūcunqꝫ esset violenta nō dz ad mortē cō
13 demnari: † qr vbicūqꝫ quis deberet ad mortē cōdemnari vbi vere cōstaret de delicto: si nō cōstat nisi p presumptiōes etiā violētas dz miti⁹ puniri: vt ꝓbatur in. c. afferte. extra de presumptio. et hec fuit elegās doctrina Innocē. et doct. in c. qr verisimile. eodē tit. quā sequit̄ dns Antoni⁹ de butrio et docto. in dicto. c. afferte. ¶ Postremo ad idē dicēdū me mouet illa vulgaris regula: que dicit
14 meli⁹ est nocentē absoluere q innocētē condemnare: vt. l. absentē. in princi. ff. de penis. et loquor de inocētia respectu mortis. ¶ Et maxime cū in casu nostro ꝯstet q dict⁹ Angel⁹ nō habuit animū occidēdi dictū mēdicū: nec ipsi homicidio assistēdi etiā reqsitus ad hoc. Nā dū pater su⁹ Zili⁹ et Paulus occisores reqsiuissent eū vt vellet cuz eis ire ad occidēdū dictū mendicū recusauit neqꝫ ire voluit: vt in eius cōfessiōe apparet q res ꝑfecto dz iudicātē mouere ad penā minuendā: ita q nō puniat̄ eadē pena qua puniri debēt occisores: qr negari nō pt q min⁹ deliqt q ipsi occisores: ergo min⁹ dz puniri: qr pena dz ꝯmēsurari cū dlicto: vt ille q min⁹ dliqt min⁹ puniat̄: vt. l. j. C. d his q latro. asso. et. l. miles. §. mulier. ff. d adult. et. l. diu⁹. la. ij. ff. de falsis. ¶ Et eadē cōclusionē teneo etiā stātib⁹ dictis duob⁹ statutis dicētib⁹ q prebētes cōsiliū auxiliū vel fauorē maleficio puniant̄ eadē pena q

comittēs maleficiū: et tanq̄ cōmittētes
15 ipm: †quia dico q̄ illa statuta: ex quo loquunt simpliciter de p̄stātib' ↄsiliū auxiliū vel fauorē debēt interpretari sm ius cōe. l. ij. C. de noxalib'. notat in. l. fi. §. in ↄputatiōe. C. de iur. deli. cū simi. Ut teneant eadē in casibus in quib' de iure cōi tenerent eadem pena. et ita notat singulariter Sali. in. l. j. C. de rap. virgi. videlicet si dedissent causam mortis: et qn̄ non esset nudū auxiliū vel cōsiliū: et qn̄ cōstaret expresse nō p presumptiōes de dicto ↄsilio auxilio vel fauore. Sec' si nō dedissent cām mortis. vel esset consiliū vel auxiliū nudū et probaret p presumptiones etiā violentas: sicut videt esse in casu nro: qr tunc mitiori pena puniēdi sunt: vt supra dixi. ¶ Sed si statutum diceret puniat eadē pena qui maleficio quomodocūq̄ vel quācūq̄ opez seu auxiliū prestiterint: tunc qr verba si sunt simplicia: sed generalia stādū esset generalitati verboꝝ de quolibet prestā
16 te opē seu auxilium quomodocūq̄. †Ex quo lex est certa quātūcunq̄ dura: vt. l. p̄sperit. ff. qui et a quibus. et. l. j. §. is qui nauē. ff. de exercito. et ita elegāter notat Sali. in. d. l. j. C. de rap. virgi. sed statuta predicta nō ita loquuntur generaliter sed simpliciter: ergo debēt intelligi sm ius cōe: vt. s̄. dixi. ¶ Cōcludo itaq̄ ex p̄dictis magnifice pretor q̄ in hac causa pena mortis nō est imponēda dicto Angelo: sed minor arbitrio iudicis: et ego arbitror q̄ p toto suo excessu pena amputatiōis manus dextre seu in qua plurimum potest puniatur: et q̄ banniatur de terra vestra Asuli et ei' districtu etc.

¶ Summarium sup cōsilio. xxviij.

1 Homicidiū ad offensaz vel defensam quomodo factum dicat. et an vuln' sit mortale vel non: numeris omnibus sequentibus per totum consilium.

2 Rixa qn̄ non apparet quis primo percusserit: tūc in eo qui ad rixā prouocauit: culpa presumitur.

3 Aufugere quando quis potest et non aufugit: sed vulnerat aliquem non dicitur vulnerasse ad sui defensionē: sed ad offensionem vulnerati.

4 Offensor in dubio offensor nō presumitur nisi hoc probetur.

5 Rixa quādo duo se percusserunt: in dubio aggrediens vel prouocās cū armis in dolo vel culpa fuisse presumitur: et aggressus vel prouocatus animo se tātuz defendendi et nō offendendi percussisse presumitur.

6 Rixa quando inter duos inita fuerit et maleficium accidit: in dubio illud aggressori: et non aggresso imputatur.

7 Insultans vel aggrediens si insultatuz ad iracundiam prouocat: quicq̄d insultatus facit: iracundie calore facere videtur: nec sibi imputatur.

8 Dolus in eo presumitur: qui est future rixe preparatio.

9 Presumptio est in euaginantem ensem.

10 Armoꝝ terror et percussionis iactatio an sufficiat.

11 Percutiatur q̄ prius nullus expectare debet: dūtamen precedāt signa et actus: q̄ ille offendere intendebat.

12 Prouocasse in dubio fortior dicitur.

13 Mutilati si duo inueniantur: nec apparet quis ad tutelaz fecerit distingui debet: vter eorum magis rixosus existat.

14 Aggressor in dubio ille qui superat dijudicandus est: nisi contrarium probetur.

15 Presumptio vna si tollat aliam multo magis decem presumptiones vigētes.

16 Aufugere nolens non est in culpa: si primo insultus in rixa ipsum insultantem percussit.

17 Medico an credendum esse videatur.

18 Exitus acta probat.

19 Disponant si aliqui de his que ad artis sue peritiam spectant: per credulitatis verbum deponere possunt.

20 Uulneratus ad mortem ille dicitur: qui sm regulas medicine euadere nō pōt: vel cum magna difficultate.

21 Testes quando sunt contrarij: in dubio pluribus credendum est.

22 Testibus in arte sua peritioribus credēdum est.

23 Testibus verisimiliora dicentibus est credendum.

24 Testibus allegantibus legitimam causam vel rationem dicti sui magis credēdum est: q̄ non allegantibus.

25 Homicidio procedi non pōt contra eū q̄

ad sui defensionem fecit: maxime si vul
nus mortale non fuerit.

¶ Consilium.xxviij.

1 In christi† noīe
ac Inuocata spiritus sancti
grā. Magister Jacobus ma
rangon⁹ de Padua denūcia
tus per caput cētenariȷ̄ sancti Lauren
tij q̄ vulnerauerat Gabrielē perusinū
vno vulnere in manu sinistra cū ense ō
falco cū sanguinis effusione. ex quo vul
nere mortu⁹ ē. fuit de anno. Mcccclxiij.
bannitus de Padua ꝛ de Paduano di
strictu ꝛ in libris ducentis ꝛ ad inquirē
dum. Deinde anno isto Mcccclxiiij. di
ctus magister Jacobus se presentauit
ad carceres cōis Paduc cā se excusan
di a dicta denuncia et banno. Et produ
xit defensionem suam cum pluribus ca
pitulis. ꝛ testes super eis examinari fe
cit. ¶ Nūc queritur an stantib⁹ defen
sionibus ꝛ attestatiōib⁹ suis debeat ab
solui. an vero possit ꝯtra eū inquiri ꝛ p
cedi. ¶ Et pro hui⁹ questionis declara
tiōe duo sunt pncipaliter examināda.
¶ Primū est an dictus Jacobus qui di
cit vulnerasse dictū Gabrielē illud vul
nus si fecit. fecerit ad sui defensionē vl'
ad offensam. Secundū posito q̄ fecerit
ad offensam ꝛ nō ad defensionē: an il
lud vuln⁹ fuerit mortale vel nō. ¶ Cir
ca primū dubiū vr̄ prima facie dicendū
esse dictū Jacobū illud vulnus fecisse
ad offensam ꝛ non ad sui defensionem.
defensionẽ si est facta durãte eadẽ rixa:
vt in. d. §. tabernari⁹. et plus aduertẽdũ
arbitror in casu nostro: quia percussio
facta per Mechum in personam Bolo
gnini in oẽm casum fuit licita. quia siue
dicã q Mechus percussit ad defensio
nẽ vt dixi: siue ad vindictã: quia ille Bo
lognin⁹ percusserat Ludouicum fratrẽ
suum licite fecit. Nã statim pcussit Bo
logninũ cũ lapide: q Ludouicũ fratrem
ipsius Mechi: tunc pcusserat cũ basto
no: vt i dicto statuto de vindicta ibi et ab
eius cõiunctis et de eadẽ domo et proge
nie etc. Et si dicas q Mech⁹ in vindictã
do excessit modum et sic si nõ tenetur. l. cor
ne. de sicarijs. saltẽ tenetur quia pl⁹ fecit. l. si
adulterij. §. Iperatores. ff. de adulterijs.
¶ Respõdeo imo nõ excessit. nam in p
sonã Nicolai bãniti vindicta nõ recepit
metas: ergo nec recipit metas in psonã
Bolognini resistentis ne in Nicolaum
Mech⁹ vindictã faceret vt modo dixi.
percussit enim Bologninus Ludouicum
ne ipse Ludouic⁹ et Mechus vindictã
facerent cõtra Nicolaũ: et si metas reci
peret: vt quia nõ fuisset bannit⁹ ille Nico
laus: adhuc dico q Mech⁹ in nullo te
netur: qđ patet. Nã ex qualitate instrumẽ
ti cũ quo percussit constat q non fuit in
culpa: quia cum lapide percussit: ex quo
enim licebat sibi percutere ad vindictam
illũ qui fratrem suum percusserat cum
baculo et eũ in terrã proiecerat nõ est in
culpa. ¶ Nõ enim percussit cum ense quẽ
secũ habebat sed proiecit lapidem: vt su
pra dixi. Et si dicis q ex pcussiõe illa mor
tuus est Bologninus: ergo qui pcussit
dolose egit. Respõdeo q cõsequẽtia nõ
est vera: quia nõ cõsideratur effectus q
sequitur ex percussione: sed qualitas in
strumenti cũ quo facte est percussio: vt
l. j. §. diu⁹. et. §. sed si clauo. ff. de sicarijs.
10 ¶ Nec obstat si dicatur † percutiẽs cũ
lapide si ex percusione mors sequatur
punitur. licet nõ puniatur ad mortem: vt. l.
omne delictũ. §. si quis cõmilitonẽ. ff. de
re militari. et. l. j. C. de emenda. ser. Ubi
prima facie vr casus q Mech⁹ teneatur
de culpa. Nam respondeo per id quod
dixi q vindicta in Nicolaũ bannitũ nõ
restringitur ad certos limites. et per cõse
quẽs nec restringitur ad certos limites
vindicta in psonã Bolognini opẽ et fa
uorẽ pstãtis ipsi Nicolao ne contra ipm Ni
colaũ fieret vidicta. ¶ Itẽ rñdeo aliter
scz q leges ille loquũtur i eo cui nõ licuit
pcutere cũ lapide: iõ punitur de pcussiõe
illa: sed nos sum⁹ in casu in quo licuit p
cutere cũ aliquo instrũto nõ apto ad occidẽ
dũ: sed ad nocẽdũ sic: vtputa cum lapide
pcutiẽdo licuit Mecho vindicare per
cussionẽ: tũc cũ baculo factã in Ludoui
cũ fratrẽ ipsi⁹ Mechi: siue ergo dicam⁹
vt supra est ostẽsum q Mecho licebat
occidere Bolog. et cũ gladio pstat Me
chũ nullatenus teneri de morte Bolo

gnini: siue dicam⁹ ꝙ licebat Mecho ꝑ
cutere sȝ nõ occidere.dicã ꝙ cũ nõ ꝑcus 3
serit Bologninũ cũ instrumẽto apto ad
occidẽdũ: vt est lapis ꝑ.d.§.si qs cõmili
tonem.⁊.d.l.j.de emendatiõe seruoꝝ. 4
¶ Cõcludo ꝙ Mech⁹ istã culpã ꝯmisit
percutiendo Bologninum. ꝑcussit em̃
cũ instrumẽto sibi permisso.vñ dicta iu 5
ra que loquũꝭ de occidẽte cũ saxo in ra
tione ipsarũ faciunt ꝓ Mecho ⁊ nõ con
tra ipsum:qꝛ ꝓbant ꝙ saxum siue lapis
nõ est instrumẽtũ aptũ ad occidẽdũ.ꝑ-
cussit ergo cũ instrumẽto cũ quo ꝑcute 1
re licebat:⁊ sic Mechus nullatenus te
neꝭ ad aliquã penã.⁊ hec scripsi gratia
alicuius collatiõis habẽde sup que di-
cunꝭ ꝓ parte Nicolai ex vna ꝑte:⁊ sup
his que dicunꝭ ꝓ parte Mechi ⁊ socio
rum ex altera. Alias em̃ reputa si q̃si-
tum fuisset que essent partes iudicis su
ꝑ dicta inquisitione que nullatenus vt
dixi est probata respõdissem partẽ iudi
cis esse in absoluendo Mechum ab om
nibus in inquisitione cõtentis. Inquisi
tus est em̃ Mechus de dolo.s.ꝙ dolose
⁊ appẽsate animo et intentione ⁊c.fecit
insultũ ꝯtra Bologninũ:vt supra patet
in inquisitione.⁊ nõ est ꝓbatũ ꝙ fecerit
insultũ.imo cõtrarium.nec est ꝓbatum
aliq̇d qđ arguat Mechũ dolũ aliquẽ cõ
misisse in ꝑcutiendo Bologninũ. Pro-
pterea dico qđ Mech⁹ debet absolui a
cõtentis in inquisitione:qꝛ nõ cõstat cu-
rie cõtẽta in inquisitione vera esse. De
culpa ṽo nemo eũ accusat null⁹ iudex 2
inquirit quis ergo eũ cõdemnabit certe
null⁹. ¶ Preterea ⁊ si accusareꝭ de cul-
pa nullo alio ꝓbato q̃ narraꝭ in pũcto
dicerẽ eũ absoluẽdũ fore:qꝛ nil p̃suppo
nitur in puncto ꝓpter qđ possit cõdem
nari in aliquo:vt supra liquide constat.

¶ Summarium sup cõs.lxxvj.

1 Delicta plura an dici debeãt:ex
eo ꝙ eadẽ blasphemie ṽba ꝑ tẽporis in 3
teruallum diuersis vicib⁹ dicta fuerint:
⁊ hoc etiam inquisitus confessus sit:vel
vnũ tãtũ maleficiũ dicaꝭ:ita ꝙ pro vno
tm̃ puniri debeat:⁊ qñ dicaꝭ vnũ delictũ
vel plura:numeris omnibus sequẽtib⁹
per totũ consilium.
2 Maleficia diuersa an dicanꝭ etiã si eius
dem speciei fuerint.
Delicta plura ad hoc vt appareãt:cau
ti assessores faciunt apponi ꝙ quis plu
ries furatus sit:⁊ diuersis temporibus.
Delicti diuersitatẽ vel pluralitatẽ so-
lius temporis interuallũ nõ inducit:sȝ
diuersi impetus.
Verboꝝ plurium interpositio: que de
duobus intelligi põt:nõ facit actũ incõ
tinenti non esse factum.

¶ Consilium.lxxvj.

IN christi † no-
mine amẽ. ¶ Visa iquisitio
ne formata per potestatem
montis scilicis;videlicet qđ
Mattheus duab⁹ interpellatus vicib⁹
dixit hec ṽba. Se Dio il dicesse io diria
chel mentesse ꝑ la gola. Et p̃dicta ver-
ba fuerũt ꝓlata ꝑ dictũ Mattheũ sepa
ratis vicibus ꝑ interuallum tẽporis re
spõdẽdo ad diuersa dicta dicti Stepha
ni sabatini interuenietib⁹ inꝭ dicta duo
verba blasphemosa plurib⁹ ⁊ variis lo
cutionibus inter dictas partes. Modo
querıꝭ ꝓ quot blasphemiis dict⁹ Mat
the⁹ dȝ cõdemnari attẽto statuto dicẽ-
te ꝙ ꝓ q̃libet vice soluat blasphemãs
penã certã presupposito ꝙ predicta cõ
fessus est. ¶ In Christi noĩe ac inuoca
ta spiritus sancti grã. In presenti pũcto
videꝭ dicendũ ꝙ ꝓ duab⁹ blasphemiis
iste Mattheus sit cõdemnand⁹. ¶ Pro
2 ratione interualli tẽporis † vñ videꝭ ꝙ
diuersa dicãtur maleficia etiã si eiusdẽ
sint speciei pro hoc qđ no.glo.in.l.nõ q̃
plura.ff.de pua.delic.in gl.q̃ incipit.ex
interuallo.cursus em̃ plurium blasphe
miarũ nõ dat illarũ impunitatẽ.d.l.nõ
q̃ plura.ꝓ quo facit qđ not. Iaco.bu-
tri.⁊ refert Bal.C.de seruis fugitiuis.
aut.sȝ nouo iure in q̃stione. Itẽ quid si
3 cofitetur.† vbi dicit ꝙ cauti assessores
vt videtur fuisse dominus potestas fa-
ciunt apponi:qđ qs furatus est pluries
diuersis tẽporib⁹ cũ tẽporis interuallo
vnde daꝭ intelligi ꝙ delicta sint plura:
postq̃ interuallũ tẽporis interuenit etiã
si eiusdẽ forẽt speciei:vt dixi hoc videꝭ
etiã confirmari ꝑ verba inquisitionis

dicentis pluribus ꝛ varijs locutionib⁹
hincinde factis inter dicta vba blasphe
mantes. vnde colligi videt ꝙ nõ vnus
fuerit animus continuatiuus. vnde vnicũ
dici debeat maleficiũ: ſʒ plura: qꝛ diuer
tit ad varia vba: vt. l. cũ antiquitas. C.
de testa. cũ simi. ¶ His tñ nõ obstantib⁹
in casu nostro credo dictũ Mattheũ in
quisitũ nõ posse nisi ꝑ vna blasphemia
ꝯdemnari pro quo liquidando premit-
to ꝙ cũ est facta inquisitio ꝛ confessata
est habet tamẽ dubiũ aliqđ quod potest
interpretari in diuersos sensus sumit
in partẽ benigniorẽ ꝑ cõfitente. vt. ff. de
iudicijs. l. si quis intentiõe ambigua. et
qđ no. extra de accusa. c. cũ dilecti. ex-
tra de sponsa. c. ex literis. ꝛ no. Bald. in
d. aut. sed nouo iure. ibi. Itẽ quid si cõfi
tetur. Modo ad ꝑpositũ cũ hic sint duo
verba idem importãtia. Una est blaspe
mia eodẽ impetu ꝑlata: argu. l. vnũ. ff.
de testa. ꝛ. l. cũ filiũ. §. cũ. ff. de leg. ij. Et
hoc est de mẽte Bar. in. l. itẽ apud la-
beo. §. sed ꝙ adũcitur. ff. de iniurijs.
vnus em̃ est effectus criminis ex dictis
verbis. s. cõuitiãdi deo vel ipuʒ blasphe
mandi. vnde vnum dʒ dici delictũ. et si
pluries repetitũ ꝑ hoc. l. illud. l. fi. ff. ad
legẽ aquil. ꝛ facit. ff. de verb. obli. l. qui
bis idẽ. ꝛ hoc indubitanter est verum si
eodẽ contextu fuissent prolata. Sed qꝛ
dicitur ex interuallo: ꝛ interpellatis di
uersis verbis ꝑ quod videtur ꝙ diuer-
se sint blasphemie: vt dixi est aduerten
dũ ꝙ adhuc oppositũ credo. † Nã soli⁹
tẽporis interuallũ non inducit diuersi
tatẽ vel pluralitatem delicti sed diuersi
impetus: vt. ff. de adulterijs. l. ꝙ ait lex.
cũ ergo inquisitio dicat ꝙ ꝑ interuallũ
temporis ꝛ diuersis temporib⁹ dictus
Matthe⁹ dixit dicta verba: ꝛ hoc possit
intelligi diuersis tẽporibus: tñ cõtinua
tis cũ temporis interuallo vno tñ im-
petu cõtinuato vnũ dicetur maleficiũ ꝛ
vna blasphemia ꝛ nõ plures: quia vt di
xi interpretatio mitior est fiẽda ꝑ con-
fitente in casu dubiũ. ꝛ hoc decidit Bar.
ff. de priuatis delic. l. nunꝙ̃ plura. vbi
expresse dicidit ꝙ nõ sufficit dicere ꝑ in
teruallum tẽporis. Sʒ dʒ videri an est
dictum ꝙ impetus sint diuersi. Et ideʒ

dico de interpositiõe pluriũ ꝛ diuersoꝝ
verboꝝ interpositoꝝ inter dicta vba
blasphemãtia vt nõ inducãt pluralita-
tẽ delicti: itãꝙ̃ sint diuersis tꝑibus pro-
lata. ¶ hoc ꝑbat. ff. de verb. obli. l. quę
5 extrinsecus. † Nam interpositio verbo
rum pluriuʒ que potest intelligi de duo
bus: vt. l. vbi numerus. ff. de testi. non fa
cit actũ incontinenti nõ esse factum. ꝑ
hoc bene facit quod notat bal. in. l. cum
antiquitas. C. de testa. referens no. per
gl. ꝛ Dy. ff. de testamen. l. heredes palã.
6 §. fi. † videlicet ꝙ actus extraneus mo
mẽtaneus sicut esset actus donatiõis
nõ facit testamentum non dici confe-
ctũ eodẽ contextu. ita interpositio plu-
rium verborũ nõ facit ꝑptera ꝙ dicta
vba blasphemantia non sint ꝑlata eo-
dẽ impetu: vnde vna debet dici blasphe
mia et non plures ꝛ vnum maleficium
ꝛ nõ plura. ꝛ hoc bene ꝑbat. d. l. que ex-
trinsecus. de verb. obli. ¶ Ex quib⁹ con
cludo ꝙ stante confessione Matthei du
bia prout est inquisitio ꝙ dictus Mat-
theus debet cõdemnari ꝑ vna blasphe
mia non ꝑ pluribus. Pro hoc bñ facit
c. odia. de reg. iur. ꝛ eo. tit. in penis. Et
hoc iudicio saniori semꝑ saluo.

¶ Summarium super consi. lxxvij.

1 Inquisitus si quispiaʒ fuerit ꝙ fal
sos bagatinos expendiderit: quia penã
puniri debeat: numeris omnib⁹ sequẽ-
tibus per totum consilium.

2 Commissis in simpliciter iudicis arbi-
trio: quomodo mortis penam iudex eli
gere posset.

3 Delicta etiã de quibus cognosci non
potest: delicti penã aggrauant de quo
cognosci potest.

4 Falsa moneta illa dr: que ab eo cudit: ꝗ
illã cõficiendi auctoritatẽ nõ habet.

5 Falsam monetaʒ expendens qua penã
puniatur.

6 Penã legis cornelie quomõ falsam mo
netam expẽdens euadere possit.

7 Falsam monetã: puta ab alio diminutã
expendens: minor deceptio est.

8 Falsitatũ pluribus speciebus quandã
quis vtitur quomodo puniat.

9 Delictis plurib⁹ ad vnũ finẽ tendẽtib⁹
quomodo quispiã mulctetur.

¶ Cōsilium.lxxvij.

1 IN christi nomie ac
Inuocata spi
rit⁹ scti gra-
tia. ¶ Uisa inquisitione
formata ꝯ Paulū bello-
haucre de Uenetijs. Est
vidēdū q̄ sint partes dñi
iudicis in ꝯdēnādo ipm
Paulū: & videt dicendū
ꝙ domin⁹ potestas & ei⁹
curia possit ꝯtra ipz ani-
maduertere vsq; ad ipo
sitionē mortis inclusiue:
qz statutū imponit hoc i
arbitrio iudicis vt eū flā
mis vrat: vel pena pecu
niaria affligat ꝑ quali-
tate criminis & ꝑsone. et
ꝙ hoc casu possit arbi-
trari ad mortē sz ꝙ vult
gl. insti. de iniurijs in. §. i
2 summa. que vult † ꝙ i cō-
missis simpliciter iudi-
cis arbitrio iudex possit
eligere penam mortis
absq; eo qđ statutū i hoc
casu expresse disponat ꝙ
possit eū dānare flāmis
vrēdū: qđ autē arbitrari
mortē in hoc casu ꝓbat:
qz inq̇sitio đt ꝙ de ꝑau
lis pecunijs pluries et
pluries ipse Paul⁹ expē-
di fecit: & lz mitt⁹ punie-
dus sit vtēs falsis pecu-
nijs vel re illa ꝙ̄ ille qui
fabricat: vt. l. si falsos. C.
de falsis. & qđ ibi not. tñ
ex reiteratiōe expendē-
di vr aggrauari pena ꝑ
l. iij. C. de epis. audi. in fi.
Nā ex reiteratione dicit
inducta cōsuetudo facit
l. q̄cūq;. ff. đ ser. fugi. & qđ
ibi no. concordat. xxv. q.
vltima. §. ita nos. in ṗn.
versicu. quapropter. &. ff.
de re mili. l. iij. §. si plu-
res. qz tales reiterationes vidētur in-
ducere perseuerātiā delicti: vt. l. j. C. de
superexactib. lib. x. & l. oēs. C. de dela-
3 to. eo. lib. † Delicta em̄ etiam de quib⁹
cognosci nō posset aggrauant penā de-
licti de quo cognosci potest: vt no. Bar
to. in. l. si cui. §. cui sacrilegiū. ff. de accu
sa. Bald. in. auten. sed nouo iure. C. de
ser. fugi. in questione que incipit. sed du
bitatur nunquid furta. ¶ Rursus ego
pondero ꝙ ille Paulus cū stampis co-
natus fuit cudere siue ꝑcutere grosso-
nos argenteos: nō tamē perfecit qz nō
potuit: ex hoc tñ nō min⁹ puniend⁹ ē ꝙ
falsaz monetā grossorū nō cuderit siue
4 formauit. † Nā illa dicit falsa moneta
q̄ cuditur ab eo qui illam conficiendi
auctoritatē non habet. ita notat Inno.
in. c. quanto. de iureiur. & Bar. refert in
l. q̄ fallaz monetā. ff. de falsis. & est pena
legis cornelie deportatio & olm bonoꝝ
publicatio: vt. l. j. in fin. ff. de falsis. Et lz
absoluatur a pena ille quē penituit: vt
d. l. q̄ falsam. nō tamen absoluetur ille
per quē non stetit quin consumaretur
delictum iuxta ea que notātur in. l. qui
ea mente. ff. de fur. ita considero ꝙ iste
etiam fabricauit falsos paruulos: licet
eis vsus non fuerit: quia rectam stam-
pam imprimere non potuit: & sic vide-
tur puniri dicta pena falsi & reiterasse
delictum cum primo conatus fuerit cu
dere grossonos: & postea conat⁹ est for
mare bagatinos. ¶ Ex quibus videtur
qđ aggregatis istis delictis pena pos-
sit arbitrari ad mortez per gl. in. d. §. in
summa. instituta de iniurijs. que sic dz
intelligi. Sed mentē statuentium in-
tuendo que satis est iuri cōmuni con-
formis. Ego credo contrariam senten
tiam veram fore: vnde pondero istoruz
5 delictorum qualitatē. ¶ † Et primo cir
ca modum expendendi[a]. nam hic non
expēdit falsam monetam auream vel
argēteam vt daret plumbū vel stagnū
argenti loco quo casu esset pena legis
cornelie de falsis: que est vt dixi depor-
tationis et publicationis bonorum.
doct. lege lege cornelia. et. l. prima. ff.
de falsis. in fine. sed expendit eas in par
uulis ereis: quo casu pena nō est legis

a ¶ Expen
dēdi. Ad to
tius cōsilij
resolutionē
vide in ter-
minis do.
Ale. đ imo.
in cōsi. ciij.
in. iiij. vol.
& l. l. elegāt
§. q̄ repro-
bos. đ pig.
act. Bar. in
l. q̄ falsam.
ff. đ fal. bal.
in. l. iij. C. de
nau. feno.
doc. in. l. sac
cularij. ff. đ
extraordi.
cri.

cornelie:ꝫ est extraordinaria pecuniaria
pēa:vt.l.saccularij.ff.d extraordina.crimi.
⁊ ita pulchre notauit Bar.i.d.l.lege cor
6 nelia.ff.de falsis.in pncipio.† vbi dicit
multos a pena legis cornelie euasisse.⁊
lꝫ q̄dā Modernī velint istud dictū rep̄
hendere dicētes q̄ est eadē rō in expen
dēte aliā falsaꝫ monetā q̄ plūbeā vł sta
gneā:vt si expēderet pecuniā ereā ꝑ au
rea.Juxta notata in.l.j.ff d pign.actio.
⁊.l.si cū aurū.ff.de solutionib⁹ tñ credo
7 q̄ Barto.in casu suo bñ dicat:† vt si ali
q̄s pecuniā argenteam forte ab alio di
minutā expēdiderit vel pecuniā ereā ꝑ
alia pecunia erea expendiderit ab alio
fabricata:vt in casu nr̄o:tūc cū nō sit tā
ta deceptio quāta ē cū dat̄ plumbea vł
stagnea nō dꝫ esse tāta pena s̄m senten
tiā Bartoli:lꝫ eadē esset pena si voluis
set dare eos ꝑ auro.qz grauior pena im
ponit̄ falsanti aurū q̄ falsanti alia me
talla:vt.l.q̄cunq̄ nummos ff de falsis.
¶ Est eñ pena tūc vt liberi bestijs d̄et̄:
serui vero supremo supplicio afficiant̄:
Ex istis ergo pꝫ q̄ d̄nus Paul⁹ expēdi
fecerit tales nūmos nō inciderit in le
ge cornelia de falsis ¶ Itē ex eo q̄ rei
terauerit actū expēdēdi pluries tales
paruulos non credo q̄ augmentari de
8 beat pena:† qz qñ q̄s vtit̄ plurib⁹ sp̄eb⁹
falsitatū ⁊ vtputa ad ꝓbandū in vna cā
inducit plures falsos testes ⁊ plura in
strumēta:a seꝫ nō cōfecta:tūc nō punit
tur nisi vna pena ⁊ dꝫ esse vnū falsū.ar
gumē.l.si falsos.C.de falsis.⁊ hoc vł di
cere Bal.in.l.quicunq̄.C.de seruis fugi
tiuis.in q̄ōne q̄ incipit.Itē facit ad q̄ō
neꝫ.⁊ ē de mēte Bart.in.l.infitiādo.§.in
9 fans.ff.d furtis.† vbi punit occidenteꝫ
plures falsos testes ad vnū finē:vel de
teste deponentes falsuꝫ sup̄ diuersis ad
vnū finē:vt dicat̄ vnū delictū:⁊ in euel
lente plures terminos vel plures lapi
des:qz tūc ꝑ vno tantū p̄nit̄.⁊ idē si sta
tutū punit ducentē vltra tres famulos.
Si aliq̄s ducit viginti nō punit̄ nisi pro
vno delicto:qz res publica est q̄ vna of
fendit.ita in ꝓposito pluries expēdēdo
vnā rē publicā offendit ⁊ vnū delictū cō
mittit.⁊ maxime qz inquisitio nō dicit q̄
fuerūt diuersi impet⁹:vł fuit idē impet⁹
expendēdi:qz qñ fuisset idem impet⁹ et
animus expendendi:tunc dicitur nō fuit
diuersa etiā plures expenderet:vt hec
notat̄ in.l.nunquam plura.ff.de priua.
del.c.⁊ verba ista sunt interp̄tanda ꝑ cō
fitente tñ simul deliquisse.argumento
notatoꝝ in.l.inter stipulantē.§.j.ff.de v̄
boꝝ oblig.⁊ de ꝓba.c.in p̄ntia.¶ Et q̄
ria que supra inducta sunt de reitera
tione delictorum loquuntur qñ delicta
sunt penit⁹ diuersa:⁊ ad diuersos fines
tendentia.Et ex quibus diuersimode
res publica offenditur.

¶ Summarium sup̄ consi.lxxviij.

1 Homicidio vł mēbri mutilationeꝫ:
an ⁊ quō aliq̄s irregularitatem incurrat:⁊
an vicarius ep̄i assistēdo cū iudice secu
lari:faciens vnū torqueri ꝓpter crimi
na:qui postea ad mortē condēnat⁹ fuit:
ꝓpter hoc talis vicari⁹ irregularis exi
stat: numeris omnibus sequentibus ꝑ
totum consilium.
2 Morti causam prebens siue primam si
ue remotam:an irregularis dicat̄.
3 Homicidiū casuale irregularitatē idu
cit.qñ qui causam dedit:nō adhibuit eā
diligentiam quam debuit.
4 Clericus si rixā fecerit:⁊ ex hoc postea
ꝑ temporis interuallū clerici cōsangui
nei interfecerunt eū:qui cum eo rixat⁹
fuerat:clericus irregularis efficitur.
5 Clericus si scriberet vt aliquis capere
tur:⁊ ille captus ex tali captura suspen
deretur irregularis efficitur.
6 Cleric⁹ si testes receperit:vł autēticet
cā sanguinis scripserit:si ex talibus te
stib⁹ mors secuta fuerit:vł mēbri trun
catio:talis clericus irregularis erit.
7 Homicidio que considerētur ad hoc vt
aliquis irregularis non sit.
8 Homicidiū cōmittens imediate:vł mē
bri truncationē:si ex alia cā fecerit:etiā
quātūcunq̄ legitima:p̄terq̄ ꝑ ꝓprie per
sone defensione irregularis fit.
9 Homicidiū casuale quō ipsi clerico īpu
tandū sit ad hoc vt irregularis dicatur.
10 Homicidio si clericus cāz dederit:an ⁊
quō sibi īputet̄:vt irregularis efficiat̄.
11 Clericus testificans in cā sanguinis:et
vel auctorizabiliter p̄sens executioni
fuit semper irregularis existit.

10 Cleric⁹ ſi clamet: ꝙ fur: vł latro capiaꝛ
vel pro rerū tuitione tactū machine: vł
baliſte ſuadeat ſemꝑ irregularis exiſtit

¶ Conſilium.lxxviij.

In chriſti no
1 mine † Ac inuocata ſpiri
tus ſancti gratia. ꝓponi
tur mihi in facto ꝙ quidam
clericus curie epiſcopalis iuit vt iudex
ad forum ſeculare. et ibi vt iudex tor
queri fecit quēdam clericū ꝺ variis cri
minibus diffamatū: qui in preſentia ip
ſi⁹ ꝛ etiā iudicis ſecularis nōnulla cri
mina ꝯfeſſus eſt. ꝛ ſcriptura de dicta cō
feſſiōe cōfecta remanſit apud iudicē ſe
cularē qui poſtea ꝓcedens inuenit iſtū
clericū in tali cōfeſſiōe ſpōte perſiſten
tem: vñ ipm vltimo ſupplicio dānauit:
querit modo vtrū ille cleric⁹ qui curie
ſeclari ſcripturā dimiſit ſit irregularis
2 vł dicendū ꝙ ſic. † qꝛ prebens cām mor
ti ſiue cām primam ſiue remotam irre
gularis vł: vt probat tex. in. c. preſbyte
rū. cū de homicid. ꝛ loquimur ibi qñ da
bant cām rei licite qui percuſſit ibi pue
rū cā diſcipline: probat melius tex. in. c.
ſuſcepim⁹. de homicid. vbi ēt dedit ope
rā rei licite. ꝛ tñ ē irregularis ꝓpter ho
micidiū ex cā remota cōmiſſuʒ ad idem
qđ no. in. c. de cetero. de homicid. ꝛ. c. ad
audientiā. vbi docto. volūt ꝙ ſuadēs ta
ctū machine vel baliſte efficiaꝛ irregu
laris. ad idē text. in. c. cōtinebaꝛ. § i. vbi
5 eſt text. † ꝙ homicidiū cauſale īducit ir
regularitatē qñ qui dedit cām nō adhi
buit diligentiā quam debuit. ꝛ ibi eſt ca
ſus ꝙ etiā qñ culpa nō eſt ordinata ad
caſum aliā tñ irregularitatem inducit
homicidio ſubſecuto ꝛ ꝙ ſit iſto caſu ir
regularis probant not. per doct. in. c. ſi
ſignificaſti. de homicid. vbi ille ꝗ clama
uit vt latro caperet eſt irregularis ſi ſe
cuta fuit ex hoc latronis mors etiā ſi ac
clamauit ſolū vt caperet ꝛ nō vt occide
retur: qꝛ ſcđm ad legem ꝓmotionis cō
ſideraꝛ euentus nō anim⁹ videt ꝓcede
re etiā qñ fuiſſet ꝓteſtat⁹ ꝙ nō velit ꝙ
ſequaꝛ mors per tex. l. c. ſi. de homicid.
lib. vi. ꝛ not. ibi. doct. in. c. Petrus. eꝛ de
homicid. vbi docto. ꝑ illum text. a ſenſu
cōtrario dicūt hoc. ꝛ ibi volūt doctores
4 † ꝙ ſi clericus fecit rixā. ꝛ ex hoc poſt
ea ex interuallo ꝯſanguinei clerici ītſ
fecerūt eū qui cū eo rixat⁹ fuerat ꝙ ex
hoc efficiaꝛ irregularis clericus ꝗuis
iſta fuerit cā valde remotā ꝛ ꝙ ſit irre
gularis ꝓbat text. i. q. v. c. vnū. ꝛ in. c. ex
literis. extra de exceſſione platorū. Nā
cleric⁹ qñ timet vł timere dꝫ ꝙ ex aliq̄
actu primo vł remoto ſeqnaꝛ mors dꝫ
potius facere vel ſubſiſtere. xxiij. q. v. ne
quis qꝛ ꝓmouēd⁹ dꝫ abſtinere ab oī eo. vñ
poſſet mors vł mēbri trūcatio ꝓuenire.
l. diſt. clericū. ¶ Itē qꝛ iſte cleric⁹ dimit
tēdo cōfeſſionē in ſcriptis vł quodāmō
fuiſſe teſtis ꝙ nō pōt fieri ſine periculo
irregularitatis. xi. q. i. c. teſtiꝫ. ꝛ qꝛ qñ cri
mē eſſet de primo puniendū cleric⁹ nō
dꝫ etiā in genere reſpondere quin irregu
laritatē incurrat. xxiij. q. v. c. i. v. q. vi. c.
de liitore. ꝛ ita intelligūt aliq̄ notata in
c. ex literis. in. i. gloſſ. de exceſſu. prela
to. Et ideo lꝫ cleric⁹ poſſit dicere ꝙ fiet
iuſticia: nec ex hoc eſt irregularis. xxiij.
q. v. peſſimoꝫ. tñ hoc nō debet facere qñ
ſtatim de primo pena ſanguinis ſeque
tura eſt. ita no. aliqui in. c. cleric⁹. extra
ne cleri. vł mon. ꝛ ideo dicunt doctores
ꝙ cleric⁹ nō pōt iudicare nec ſententiā
proferre aut dictare vel dare conſiliuꝫ
vel intereſſe executioni vt iudex quia
eſſet irregularis. vt nota. in. d. c. ex litis.
5 † Et ideo ſi clericus ſcriberet ꝙ aliq̄s
caperet ꝛ ille ex tali captura ſuſpendiꝛ
ipſe eſſet irregularis: quia vt dicitur ꝑ
motionis non cōſiderat animum ꝛ vo
luntatem tantum ſed factum. xv. q. i. c.
ſi. ꝛ ideo quia potuit credere poſſe ſeq̄
homicidium: vt in. c. his quib. de homi
cid. lib. vi. debuit a tali actu ſe ſubtra
here de cleri. nō ordina. c. i. talis ſcribēs
merito eſt irregularis. ꝛ ideo dicit Inn.
6 † ꝙ ſi clericus recipiat teſtes ſcribat ſē
tentiae in cauſa ſanguinis: ſi ex talibus
teſtibus ſequatur mors vel truncatio
membri talis erit irregularis per text.
l. c. clericis. ne cleri. vel mona. xxiij. q. v.
c. his a quibus. ¶ Sed his nō obſtanti
bus ego in iſto caſu credo ꝙ iſte cleric⁹
nō incurrat irregularitatem. vnde ego
premitto ꝙ homicidium nō imputatur

et qui dabat operã rei licite quãdo homicidium committitur ex postfacto nõ incõtinenti. Nam isto casu cõsideratur vtrum cã homicidij sit proxima aut remota. nam ex cã proxima induceretur irregularitas nõ ex remota. ita no. in. c. de cetero. z. c. sicut dignũ. de homicidio.
7 ¶ Itẽ in homicidio cõsideratur si ille qui committit adhibuit omnẽ diligentiã vt homicidiũ non sequeretur: qz si adhibuit hãc diligẽtiã nõ efficitur irregularis: vt est tex. in. c. ex literis. in pmo z in secũdo de homicidio nisi quãdo sequeretur ex tali homicidio scãdalũ vel infamia: vt nota. in dictis iuribus vnde pro cõcordia oim iuriũ z doct. in hac materia loquẽtiũ ego ita cõcluderẽ qꝫ interdũ quis cõmittit per se immediate homicidiũ vel truncationẽ membri: interdũ quis non cõmittit per se immediate sz predictis causam pstet. ¶ Primo casu aut interficit vel truncat mẽbrum ex pposito aut casualiter. primo casu qñ facit ex pposito: tũc si faciat ad euasionem persone ppie nõ valẽs aliter euadere: z facit hoc cũ moderamine inculpate tutele: tũc talis nullã irregularitatẽ incurrit per tex. in. c. ij. de homicid. z ista est cõmunis doctrina docto. aliter qꝫ senserit Innoc. vt referunt docto. in. c. significasti. de homici. Sz si fecisset sine moderamie inculpate tutele: vel ex alia causa legitima alia qꝫ euasiõis proprie persone: vt si fecisset pro defensione patrie vel proximi: vel pro tutela rerũ suarũ: tũc talis esset irregularis: qz lz p defensiõe patrie vel pximi liceat iniustũ inuasorẽ occidere: vt. l. minime. ff. de re li. z sump. fu. z no. in. l. culpa caret. ff. de regulis iuris. z. xxiij. q. viij. c. igit. et. c. omni timore. z. c. hortat9. nõ tñ possunt personaliter bellum suscipere quin efficiãtur irregulares si homicidiũ sequatur possent tamẽ hortari milites ad bellũ z nõ essent irregulares. xxiij. q. v. de occidẽdis.
8 † Ex quibus infert qꝫ committens homicidiũ immediate vel truncationẽ mẽbri si fecit ex alia causa etiam qũtũcũqꝫ legitima preterqũam pro defensione ppie persone qꝫ talis irregularis est etiam qꝫ qꝫ fecisset alias dando operã rei licite per iura predicta. z per text. in. c. presbyterorũ. de homicidio. vbi pcussit ex causa legitima: videlicet discipline. z istis casib9 est irregularis etiã si percussio fuit causa mortis remota: vt. d. c. presbyterorum. et in. c. suscipimus. z. xxiij. q. viij. c. j. z. c. quentorz de voto. c. ex multa. fallit in casibus notatis. l. cle. si furiosus. de homi ¶
9 † Secũdo casu quãdo homicidium fuit casuale nõ ex proposito tunc si dabat qui interficit operã rei licite si ipse adhibuit omnem diligẽtiam ne mors aut trũcatio membri alicuius sequeretur: tũc talis nõ est irregularis. Etiã si cõmisit homicidium casu: vt est tex. in dictis capitulis ex literis. el. j. et. ij. c. ex literis. de homicid. Et ideo si aliquo casu interficeret aliquẽ cuz ipse aptabat domum ppriã: vel putabat arborem si adhibuit bonam diligẽtiam talis irregularis nõ est. et hoc nisi ex tali casu scandalum vel infamia orta esset: vt dictis iurib9.
10 ¶ † Secundo casu principali qñ quis nõ fecit homicidium immediate per se sed dedit causam homicidio: tũc si fecit dãdo operam rei illicite. tũc semper est irregularis etiam si adhibuit omnẽ diligentiam vt mors vel truncatio mẽbri non sequeretur. vt in capitulo finali de homicid. libr. vj. et hoc etiã si causa fuit proxima vel rẽmota: vt pbatur in. c. suscepimus. z. c. cõtinebat. z in. c. petrus. z in. c. de cetero. z ibi per gl. et docto. de homicid. Et ideo volunt docto. qꝫ si clericus fecit rixam z postea eius consanguinei interfecerunt illum qui secũ rixatus fuerat etiam ignorante clerico. z ex interuallo qꝫ ego intelligo qñ clericus fuit in culpa dãdo causam rixe: secus si prouocatus venisset ad rixã. ita intelligo not. per docto. in capitulo petr9. de homicid. Nõ qz defendẽdo se rixa dedisset operã rei licite: vñ cã remota homicidij nõ cõsideraret: z idẽ si ad rixã traxisset inimic9 rixãs cũ clerico z illũ iterfecisset nõ eẽt cleric9 irregularis: qz factũ clerici proximũ vel remotũ nõ dedit causam homicidio. ita no. doc. in c. signifi. de homicid. ¶
11 † Si vero ille qui dedit causã homicidio in illa causa de

dat operā rei licite.tūc si fecit volūtarie nulla necessitate saltē causatiua impellente:vt q: scripsit sniam sanguinis vel ipsā recitauit vel testificat⁹ est in cā sanguinis vel auctorizabilr ꝑsens fuit executiōi talis snie:tūc semꝑ est irregularis:vt est tex.in.c.ex his.de exces.prelat.ꝛ in.c.clericis.ꝛ.c.snlaȝ.ne cleri.vel mo.nec pōt dici ꝙ saltē subest cā vel necessitas vt iustitie loc⁹ sit.q: talis iustitia nō ptinet ad clericos.vł volētes clericali facere.vt dictis iurib⁹.si aūt dedit cām homicidio ex aliq̄ necessitate saltē causatiua.ꝉvt q: clamat ꝙ fur capiat vł latro.vel suadet iactū machine vel baliste p tuitiōe rerū.tūc si ꝑsimilr de primo mors sequuta est.vł ꝯtingat: tūc esset irregularis.vt notāt doc.in.c. significasti.de homici.dū dicūt de eo q̄ detinuit latronē vel acclamauit vt caperet ꝛ ex hoc latro interfect⁹ est.nā dicūt doct.ꝙ est irregularis sic acclamās vel detinens.qđ ego intelligo verū nisi iste posuisset oē studiū ꝛ oēm diligētiā ꝙ nō interficeret.Nā tūc sequuta morte nō esset irregularis p tex.in c.pen.de homicid.iūcto tex.c.ū.qđ incipit prelatis.de homicid.lib.vj.¶ Si ꝟo vt dixi dabat operam rei licite si poterat sibi ascribi aliq̄ culpa eēt irregularis siue cā dās occasionē morti fuit prima siue remota:vt est tex.in.c.suscepim⁹.de homici.Nā ibi dabat operā rei licite capiendo fures ꝛ detinēdo vt duceret ad iudicē:qr tn̄ fuit in culpa male ligādo eos vel demittēdo ad custodiā vni⁹,iō ibi ēt qui ligauit fuit irregularis morte sequuta.Sed si nulla culpa pōt ascribi dāti operā rei licite:tūc si cā est prima mortis incurrit vt dixi irregularitatem nisi posuisset oēm diligētiā ꝙ mors nō sequaꝛ p ea q̄.s.dixi.sȝ si cā esset remota dātis operā rei licite:tūc nō esset irregularis.Ita notāt doct.in.c.de cetero.de homic.ꝛ in.d.c.ꝙ in dubiis de penis.¶ Ad ꝓpositū iste cleric⁹ nō fuit in aliqua culpa.Nā licitū erat sibi facere torqueri clericū maleficū precedentib⁹ indiciis.ꝛ ex ista confessione extorta in tormentis non poterat dānari malefactor:vt not.docto.in.l.j.§.diuus.ff.de questio.probatur eadem.l.§.fi.ꝛ in.l.ū.C.de custo.reo.ꝛ si aliquis posset dici causa ista est causa remota causata ex illo qui dabat operaȝ rei licite: vnde ex istis dico ꝙ nullatenus est irregularis iudicandus.

¶ Summariū sup cōsi.lxxix.

1 Crimine lese maiestatis cōtra patriā vtrū filij cadāt in penā.l.q̄squis.C.ad.l.iul.maie.numeris omnib⁹ sequen.per totum consilium.

2 Intellectus verus.l.quisquis.C.ad.l.iuliam maie.qualis esse dicatur.

3 Heredē in extraneū que non transeunt etiā non transeunt in fiscum.

4 Crimine lese maiestatis ex cōspiratiōe cōtra patriam facta filij in penaȝ dicte legis quisquis incidere non habent.

¶ Consiliū.lxxix.

In christi noīe Ac innocata spiritus sancti gratia.Ego cōsultus per spectabilem militem et eximium iuris vtriusq; doct.domi.Fran. de porcellinis approbo aliis etiam rationibus quoniam scripta per eum nō sunt sine magna dubitatione quoniam multi reprobant illa in opinionem que fuit originaliter Petri de bella pertica ꝙ.l.quisquis.C.ad.l.iul.maie.habet locum solum in filiis postea cōceptis.nō filiis ante natis.ꝛ iura que allegat Petrus vȝ.l.emācipatū.C.de fena.ꝛ.l.diuo marco.de questioni.loquunꝛ de trāslatiōe priuilegiorū.ꝛ faciunt potius in cōtrariū ꝙ pro:quia ꝑuilegia circa penas habēt locū ita in filiis añ cōceptis sicut in conceptis post:vt.ff.de penis.l. mortis.§.liberis.de decuriōib⁹.l.ū.§.in liberis.ꝛ iura que allegat petr⁹ loquūtur de ꝯceptis post dignitatē dispositā. ¶ Preterea restringe illaȝ.l.quisquis. an cōceptus post:est exinanire effectū illi⁹ legis q̄ est illorū delinquētiū pena mortis naturalis.¶ Quomodo postea spectatur conceptio liberorum.¶ Preterea ratio illius legis.vȝ met⁹ audacia ꝛ ꝙ consimiles nō fiūt Petri militat ita in cōceptis ante sicut post.¶ Item cū loquatur de filiis damnati debet iu

telligi de filiis fm illud tēpus:vt.l.libe toꝝ.§.notant als.§.põponi⁹.ff.de his qui not.infa.pro hoc etiã videtur tex.in l.ii.in.§.in filiis etiã.C.de liber.⁊ eoruꝫ lib.vnde questio nõ est sine magno dubio. ¶ Itē nõ mouet φ ista bona q̃ auferuntur a filio nõ applicent fisco ex quo auferuntur ꝑpter delictũ alienum ⁊ nõ auferũtur ab eis vt ab indignis:q2 saltem iste exclusus nõ videtur dictoꝝ bonorũ capax:vt est tex.in.d.l.quisquis.q̃ Leos priuat omni successione.Ratio tamē q̃ me mouet est ista.†quoniã.l.quisquis,que imponit penã filiis loquit in crimine lese maiestatis cõmisso contra ꝑncipem:sed qñ est cõmissum crimē lese maiestatis in alio capi.o.d.l.iulie maiestatis.q̃ sunt multa capitula q̃ numerant in.l.j.ii.iij.⁊.iiij.ff.ad.l.iul.maie.et presertim in casu nostro de quo est tex. in.l.maiestatis crimē.ff.ad.l.iul.maie. ⁊ in istis aliis capitulis nõ habet locuꝫ l.quisquis.vt filii priuentur alienis hereditatib⁹:vt est tex.in.l.ii.de interdi.et rele.solũ eni ꝑuant hereditate patris. ¶ Itē nec iura sepulchoꝝ retinent.l.j. §.interdum.el primo.ff de suis ⁊ legiti. priuantur hereditate libertoꝝ scꝫ dicti patris mortui:secus intelligit gl.de libertis ꝑuenictibus a genere vt ab auo vel proauo ita dicit glo.in.d.l.ii.sed verior est doctrina.†φ ea que nõ trãseunt in heredem extraneũ nõ trãseunt in fiscũ et hoc est ius patronat⁹:vnde apud filios remanet.hec trãseant in fiscum. vnde concludẽdũ est φ.l.quisquis habet locũ in crimine lese maiesta.cõmisso ꝑncipaliter in ꝑncipē vel in illis q̃ sunt pers cõparẽs principis.Sꝫ si crimē maiestatis cõmittit cõtra propriam ciuitatē vel ꝑuinciã forte nõ publicent bona vel si publicant successiões libertorũ que nõ trãseunt ad heredes extraneos.l.ii.ff.de iure patrona.Sꝫ alia iura libertoꝝ quã successionis que trãsirẽt ad extraneos heredes bene trãsehũt in fiscũ.l.ii.ff.de interdic ⁊ rele.In casu ergo nostro si publicant bona Frãcisci trãseũt in fiscũ cũ onere fideicõmissi.vt l.ex facto.in.§.ex facto.ff.ad trebellis. q2 per fideicõmissum nõ succedit Francisco qui deliquit sꝫ succeditur proauo qui illud dedit.l.coheredi.§.cum filie. ff.de vulg.⁊ pup. ¶ Ex quibus ergo cõcludo φ fisc⁹ tenet restituere ꝑ fideicõmissum hereditatē.d.ꝑaui ipsi Christoforo filio Frãcisci nunc inuenti.†Quoniam ꝑpter cõmissum crimē lese maiestatis ex cõspiratiõe facta cõtra patriã filii nõ incidũt in penã.l.quisquis.sꝫ retinent iura successionũ alioꝝ quã propriũ patris:vt.l.ii.ff.de interdic.⁊ rele.⁊ sic Christoforo.modern⁹ põt petere fideicommissum fisco:q2 bona transeunt in fisco cum onere suo.d.l.ex facto.in.§. ex facto.ff.ad trebel.

¶ Summariũ sup cõsi.lxxx.

1 Ueneñũ qui prebuit:et nõ occidit: an mortis pena teneat item an statutũ interpretari debeat:vt aliq̃d addat iuri cõmuni ipsum corrigendo:⁊ quomodo interꝑtari debeat numeris omnib⁹ sequen.per totũ consilium.

2 Uenefici pena que naꝫ sit ex quo mors secuta non sit.

3 Pena legis cornelie de sica.que pena esse dicatur.

4 Humiles ⁊ honeste ꝑsone q̃ esse dicãt:q̃ ꝑpter crimina bestiis nõ subiiciuntur.

5 Effect⁹ φ in atrociorib⁹ puniat:lꝫ nõ sequat effectus:quomõ intelligi debeat.

6 Delicta debēt puniri secũdũ morẽ ciuitatũ:vbi delinquit:⁊ nõ vbi ipse delinquẽs domiciliũ ⁊ originē hꝫ:etiã si i domiciliũ loco de tali delicto procederet.

7 Statutũ qñ interpretationē patiatur a iure cõmuni pati debeat.

8 Adulteriũ cõmissuꝫ siue ꝑ masculũ:seu per feminã:an morte puniẽdũ veniat.

9 Furto nunquid mors:vel membri trũcatio imponenda sit.

10 Statutũ exorbitãs a iure cõmuni quomodo intelligi debeat.

11 Statutũ puniens furem:vel auxilium vel fauorem prebentem:an in cõsilium tantum prestante locum habeat.

¶ Consilium.lxxx.

In christi nomine.† Ac innocata spirit⁹ sancti gratia.Uisa inq̃sitione formata ꝑ magnificum ⁊

generosum dñm Alex.bono.potestatez
Bergomensem dignissimū cōtra Joan.
Jacobū de Venetiis in qua inquisitiōe
tria crimina videnť attētari Veneficiū
factū p Marcolinā que venenauit Mo
rellū virū suū. Cui veneficio dedit au
xilium cōsiliū ⁊ fauorē dictus Joānes
Jacob⁹.Et furto pperetrato p ipaz Mar
colinā. Cui.d.Joan.Jac.pbuit cōsiliū.
Et tertio adulteriū ɔmissuz cū ipā Mar
colina p ipm Joan.Jaco.Que sint par
tes dicti magnifici dñi potestatis et ei⁹
curie in condēnando pdictos.¶Et pri
mo discutiam quid de iure cōi.¶Scdo
qd ex forma municipali in vtroq3 deli
2 cto.¶†Capio primū q̄ pena sit venefi
cii:ex quo tamen nō est secuta mors et
quidē nō est dubiū q Marcolina ⁊ Jo.
Jac.teneť.l.corne.de sica.l.j.§.preterea.
⁊.l.eiusdē legis.ff.ad.l.corne.d sica.vbi
qui venenum dedit necādi hoīs causa.
vel habuerit.d.l.teneť.⁊ hec Marcoli
na dedit.⁊ hac de cā Joā.Jac.venenuz
habuit ⁊ emit.Vñ teneť.d.l.corne.de si
ca.vnde sicut qui vendit teneť.d.l.ita ⁊
q̄ emit.l.fi.C.de cupres.ex lucro dā.no.
in.l.fi.de indi.vidui.Jo.Jaco.venenum
habuit ⁊ auxiliū ⁊ cōsiliū pstitit venena
tioni,Unde poniť eadem pena cum eo
q̄ dedit vt not.in.l.is qui opē.ff.de fur.
3 ¶†Sed hic est vidēdū q̄ pena est ista.l.
corne.d sica.tex.i.d.l.eiusdē.§.legis cor
ne.dicit q pena.l.corne.de sica.⁊ vene
ficiis ē pena deportatiōis ⁊ publicatio
nis oīm bonorū pterq3 humiliorēs psō
ne q̄ bestiis subiiciunť.Et vltimō sup
4 plicio puniunť.¶†Sed qui sint humi
les et honesti qui nō subiiciunť bestiis.
Et dicit gl.insti.de pub.iudi.in.§.Item
lex iulia.d adulteriis.q sunt ille psone
q̄ numerantur in.l.humilē.C.de incest.
nup.inter quas nō credo eē Joā.Jaco.
vel Marcolinā.Et q habeat locū pena
deportatiōis ⁊ nō mortis est verū qñ ex
veneficio nō est secuta mors s3 si mors
fuisset secuta tūc positi in dignitate de
portanť.S3 alii capite puniunť.l.q̄ ea
dē.q̄ est.l.pe.ff.de sica.Et q quando nō
est secuta mors non sit pena mortis.est
tex.in.l.si q̄s aliquid.§.q̄ abortionis.ff.
de penis.Nā q̄ dedit amatoriū poculū

causa abortiōis si secuta est mors pena
est vltimi supplicii.S3 si nō est secuta
mors est pena deportatiōis vel relega
tiōis vt ibi:nec ob.q ibi non fuit dolus
qr verū quātū ad homicidiū.⁊ tñ secu
ta morte tenetur sed qr dedit vt fieret
abortus qd est graue crimē.l.diuus.ff.
de extraor.crimi.negari nō pōt q non
fuerit dol⁹.Et hoc ē qd voluit Jaco.de
rave.vt refert Bar.in.l.j in.§.diuus.ff.
ad.l.cor.de sic:q̄ dixit q l3 teneať.l.cor
ne.tamen mitius puniť qñ nō est secut⁹
effect⁹ ⁊ euent⁹ qr euētus cōsiderať in
delictis.l.aut facta.§.euentus.ff.de pe
nis.vbi Bar.cōcludit s3 eūdē Jaco.de
raue.q iudex poterit ppter hoc minue
re penā ⁊ p hoc videť text.in.l i.in fi.ff.
d extraor.crimi.vbi tex.dicit pfecto fla
gitio capite puniť s3 impfecto flagitio
5 deportať.p quē text.dt Gnil.de cu.†qd
l3 in atrocioribꝰ puniať effect⁹ l3 nō se
quať effectus d3 intelligi q puniť eadē
l.s3 nō eadem pena.sed mitius p.d l j.
in fi.de extraor.crimi.⁊.d.§.epēt⁹.⁊ hoc
tenet Cy.in.l.si quis nō dicā rapere.de
epis.⁊ cle,Et sunt hec maxime vera pre
supposita cōsideratiōe que dicitur esse
p totā Italiā q l3 iura puniant effect⁹s
nō h3 locū ſm cōsuetudinē vniuersalez
Italie.Et fuit dictū originaliter gl.i.x.
col.de pace iuramē.firmā.§.iniuriez.
quā Bart.⁊ alii attribuūt Spec.in ti.de
accu.§.j.ver.s3 quid sit pmo.⁊ moderni
ponūt in.l.j.hec aūt vba.ff.qd q̄sq3 iu
ris.⁊ hec indubitāter sunt vera de iure
cōmuni.Et idē debet dici de iure muni
cipali bergomēsi q̄ statuta bergomēsia
in his delictis attēdēda sunt.vt est tex.
in.l.saccularii.§.sunt qdā.ff.de extraor.
6 crimi.†vbi est tex.q delicta debēt puni
ri ſm mores ciuitatū vbi delinquitur et
nō ſm morē ciuitatis vbi delinquēs h3
domiciliū ⁊ originē etiā si l loco domici
lii d tali delicto pcederet.⁊ hoc no.bal.
in.l.j.de summa trini.in.ix.q.Et Cy.in
l.j.in pe.q C.q̄ sit longa ɔsuetu.Et Dy.
tāgit in.l.si cui.de accu.⁊ est tex in.c.vt
animarū.in.§.statuto.de constit.lib.vi.
Videamus igiť si p statutū bergomi isti
debēt mori qr statutum dicit q venefici
capite puniant ite qd moriant vt dixi

dum q sic q in oi casu veneficij isti debeant mori vt statutũ aliquid addat iuri cõi.l.j.ff.ad municip.z maxime vt tollãt iura specialia.s.allegata iuxta not. p Jo.an.de filiis presby.c.j.lib.vj.sup
7 gl.que incip.qz vero. ¶ †Sed ista sunt vera qñ statutũ nõ corrigeret ius cõmune:sed si ex toli ampliatiõe corrigeret tunc nõ dz intelligi vt corrigat ius commune:sed patit tunc statutũ interpretationẽ passiuã a iure cõi.l.ij.C.de nox. z.l.fi.§.in cõputatiõe.C.de iure delib.et hoc notauit do.Ant.de but.in.c.j.de rescrip.vnde istud statutũ dz intelligi qñ ex veneficio est secuta mors z nõ aliter.
8 ¶ †Uidem⁹ modo si pro adulterio debent mori.z quidẽ de iure cõi masculus deberet decapitari:mulier vero deberet poni in monasterio.vt in aut.sed hodie.§.õnis.C.de adul.in hoc tamen debent attẽdi statuta bergomẽsia:qz si imponũt aliã penã illi stãdũ est. ¶ †Nũc
9 restat videre si pro furto dz mori⁹z qui
a dẽ primo furto non dz fur mori de iure cõi:nec mẽbra debilitari:vt ẽ tex.i auf. sz nouo iure.C.de ser.fug.z maxime in isto furto:qz est domestic⁹ z mitius punit.l.respiciẽdũ.§.furta domestica.ff.de pen.nec tenet de furto sz actiõe rerum amota.Et si diceret q criminaliter iudex posset eũ punire qñ esset graue furtũ:vt no.Bar.i.l.j.ff.rex amota.z l.d.l. furta domestica:tñ nõ dberet puniri ad
10 mortẽ sz statutũ †qz statutũ qd exorbitat a iure cõi dz stricte intelligi vt qñtũ ẽ possibilile saluum remaneat ius cõe:vt est gl.no.in.c.cũ dilect⁹. de cõsue.vñ iste statutũ dz itelligi de aliis furtis qñ domesticis.Istud tñ ẽ idubitatũ q p isto furto Jo.Jaco.nõ dberet mori qz q dat cõsiliũ vl opez nõ cõmittit furtũ lz teneatur furti:vt vult gl.i.d.l. si qs vxori.i vbo tenebit
11 ff.d fur.†Et statutũ qd punit sociãtẽ furẽ vl auxiliũ vl favorẽ pbẽtẽ nõ hz locũ i pstãte solũ cõsiliũ:qz lz pstãs cõsiliũ largo mõ dicat pstare opez l.q seruo.vsi.idẽ pomponi⁹.ff.d fur.tñ stricto mõ loquẽdo cõsiliũ differt ab ope z adiutorio:vt ẽ tex. in.l.in furto.§.ope.z consilio.ff.d fur.qz ibi dictio z dz copulare diuersa.vt not.in rubri.ff.de fur.et fac.ign.z ita tz Bar.i.d. §.ope.z verba istius statuti cũ exorbitẽt a iure cõmuni debent intelligi stricte:vt dixi:quia opez prestans deberet puniri media pena:vt no.i.l.is q opẽ.ff.de fur. ¶ Ex qbus ego cõcludo q vigore istius iquisitiõis isti nõ sunt ad mortẽ puniendi vel corporaliter.

a ¶ Debet mori. Ad huius consiliũ resolutionez vide Lud. ro. in consi .cccclxix.d.Alexan.in cõsi. xcj.in.ij. volu. Gandi.i trac.malefi.xj.de furibus.Bal.i l.nemo.de epi.audi.d. Alex.in.l.si cut.§.fin.ff. de acca.do cto.in.l.capitalium.§. famosos.ff. de penis.

¶ Expliciunt consilia criminalia excellentissimi iuris vtriusq monarche et etate sua iureconsultorum principis eximij domini Bartholomei Cepole Ueronensis.Nouissime collatis propriis eiusdem authoris exemplaribus adamussim recognita: cũctisq mendis:et erroribus expurgata.Pdiectis qpluribus in margine annotationibus:necnon amplissimis summariis:elegantiq Repertorio domini Luce Panetij canonici Olchinensis:artium z legum professoris Impressa Ludguni opera probi viri Benedicti Bonnyn Ac impensis honesti viri Jacobi de Giuncta Florentini.Anno domini.M.cccccxl.

Regestum.

A.a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.p.q.r.s.t.v.x.Omnes sunt quaterni.preter.A.et.x.qui sunt quinterni.

